



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori de Ortega Sanclementini, E' Societate
Iesv. Qvondam in Provincia Toletana Theologiæ
Scholasticæ publici Professoris ... Tractatvs Dvo, De
Trinitate, Nec non, Incarnatione**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, 1664**

Disputatio X. De propriis & appropriatis singularum Personatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94251](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94251)

Nostram autem conclusionem tradunt S. Thom. proximè, & contra Gentes capite 24. ubi Ferrara de potentia, quæstione 10. art. 5. opusc. contra errores Græcor. cap. 32. §. 3. & 31. Alexand. 1. p. quæstione 43. m. 4. Albert. quæst. 31. m. 3. S. Bonau. in 1. d. ii. quæst. 1. Dur. q. 2. Ægyd. art. 1. quæstione 3. Heruzus quæstione 1. Argent. quæst. 1. art. 2. Capreol. q. 1. sub init. Marfil. quæst. 15. art. 3. ad 3. Caier. 1. p. q. 36. art. 2. ubi Canarienf. & Molin. Valent. de Trinit. q. 10. punct. 3. Vazq. proximè c. 4. Soar. proximè, Bellatmin. tom. 1. lib. 2. de Christo cap. 26. Ricard. in 1. d. ii. art. vnic. q. 2. In hoc magis inclinat Arrubal. Torres, Alarcon, Zuniga ubi proximè, Ruiz d. 68. sect. 8. Marciatus d. 71. Martin Perez d. 16. sect. 2.

2. Probata satis est conclusio quæst. 1. & 2. summam ibi dicta sic breui colligo. In diuinis distinctio personarum realis non est, ubi non est oppositio relatiua principij, & principiat: at qui si Spiritus S. non procederet à Filio, non esset inter eos eiuſmodi oppositio, vt per se patet: ergo neque esset inter eos distinctio realis, sed identitatis. Maior probata est quæstione 1. cert. 4. num. 2. & 4. Recolenda iterum sunt, quæ eo loco ex Anselmo recitabamus, repetiuimùſque quæstione 2. cert. 4. n. 2. Sed in casu præſenti recitandus est Nyssen. lib. ab Ablabium, quod non tres Dij circa fin. *Discerni alterum ab altero deprehendimus: nimirum: eo, quod credimus aliud quidem causam esse, scilicet Patrem) aliud ex causa, (nempe Filium) & ex eo, quod ex causa est. Nimirum ex Filio, & Spiritum S. Atque ex eodem Nysseni libro hæc refert Bessaron sect. 25. Concilij Florent. orat. pro vnione capite 6. col. 6. post med. *Eo distinguitur, inquit Nyssenus, Spiritus à Filio, quia per ipsum est, quasi diceret: quod cum ambo à primo sint, non sufficienter distinguuntur, nisi alter per alterum esset. Huc etiam facit ratio S. Thom. quam persequemur quæstione 2. cert. 4. n. 3. & 4.**

3. Ab auctoritate solum poterat nobis apparetur opponi Anselmum recitatus quæstione 2. certamine 3. numero 1. & 2. eius autem sensum dedimus sub numeri 3. finem. A ratione argues. Si Spiritus S. non procederet à Patre, sed à Filio, distingueretur realiter, nihilominus ab illo: ergo si non procederet à Filio, sed à Patre, distingueretur à Filio. Admissio antecedenti negatur consequentia à Gaspare Hurtado d. 8. diff. 3. vers. fin. S. & ad confirmationem. ac vulgò à Doctoribus: quia, si procederet à Filio, eo ipso procederet à Patre mediata, & consequentis casus, quo ad hoc, quare nisi adhibeatur particula *immediatè* ad illud non procederet, à Patre, nequit absolute antecedens *concedi*, quin admittatur consequentia: quia nulla est disparitas. Absolute ergo negandum est antecedens: quia in terminis implicat. Negat enim omnem processionem etiam mediatam à Patre, quam simul concedit in sequentibus, & procederet à Filio, in quo mediata processio à Patre continetur. Valentia parui ad solutionem facit adhiberi particulam *immediatè*, vt non concedatur antecedens: quia mediata processio non affert distinctionem producenti, & procedenti: quia oppositio principij, & principiat eo gradu, quo est, infert in diuinis distinctionem: quare mediata solum inferre potest mediatam distinctionem, ac per aliud, quæ implicat non minus, quam in suo esse per aliud à se constitui. Omnia enim per suum esse intrinsecum distingui ab aliis æquè, atque constitui debent. Peccat discursus. Quia oppositio, & processione formaliter distingui opposita putat in diuinis, cum tamen solum arguitur eam in illis inducant, sicut in creatis: illa enim est in intrinseco entitatum, que non minus intrinseca arguitur in oppositis remotè, & mediata, quam in oppositis immediatè. Siquidem non minus implicat idem productiuum mediata sui ipsius esse, quam immediatè.

4. Sed instabis. Et si Spiritus sanctus nullatenus, mediata adhuc, procederet à Patre, sed à solo Filio, distingueretur realiter ab illo: ergo, & à Filio, & si ab eo non pro-

cederet. Antecedens, in quo est tota difficultas, probatur, quia, etsi non procederet à Patre Spiritus sanctus adhuc Pater esset realiter formaliter innascibilis, qui conceptus, & absolutus per nos est, & in Spiritu à solo Filio omnino procedente esset impossibilis. Negatur antecedens nihilominus. Ad cuius probationem negatur in eo casu Patrem realiter formaliter innascibilem fore, licet enim per nos innascibilitatis conceptus formaliter absolutus sit, tamen in statu realitatis & identitatis, in quo solum est locus distinctioni reali, adiunctus essentia identitè principium generatiuum constituit, atque mediata spatio, & immediatè etiam, quod satis est, vt realiter formaliter sumptum innascibile sit, principium Spiritus sancti. Imò ipsa formalis innascibilitas, quæ est tota formalis ratio absoluta constitutiva, ac distinctiva formaliter Patris, toti coniuncto Patri, quem constituit oppositionem principij, & principiat affert cum precedentibus duobus ex sola identitate reali cum essentia, vt fufius dicebamus q. 2. cert. 4. n. 5. quin opus sit, alia formalitas accedat, sed eadem singularitas prima, quæ formaliter est personalitas, est innascibilitas, & cum essentia principium indiuisibile constituit, vt respectu huius constituit principij adæquata forma non sit, respectu autem concreti innascibile sit tota, & adæquata forma.

5. Reliqua, quæ Scotiæ opponunt, leuia sunt. Esse enim genitum, & procedere sunt opposita, sive, vt proprius loquar, genita persona, & spirata, qua tales, non solum realiter (quod satis erat ad hanc nostram conclusionem) sed, & formaliter. Nam eo Filius Filius, ac genitus intrinsecè est, ac Spiritus S. non est Filius, sed spiratus, ac procedens, quod ille foecundus ad intra est æquè, respectu Spiritus S. atque Pater, hic vero foecundus non est: in ratione vero foecundi ad intra Filij est relatio, & oppositio principij, & principiat ad Spiritum S. vt videant Scotiæ, quam fallè assumant contra nos genitum esse, & procedere non esse opposita: cum sint opposita adhuc formaliter. Alia his adhuc leuiora consulo prætereos, quiuis enim facili negotio, ex his quæ hæctenus dicta à nobis hac. d. sunt, ea dissoluit.

DISPVATIO X.

De propriis, & appropriatis singularum Personarum.

DE FINITIS hæctenus quæ personis, cum in esse natura, tum in ratione Personæ cuiusque, omnibus conueniant, & singularis, iam de singularibus cuiusque proprietatibus sigillatim disputandum statuendumque erit: vt ad Disputationem vndecimam de diuinis notionibus sternatur via. Licet autem ad id de proprietatibus personarum agere satis hic foret: nominis tamen assinitæ de appropriatis cuique personæ sub Disputationis finem agemus: quia, etsi attributa communia re vera sint, ob peculiare, ac proprium personæ, cui speciatim attribuitur, vni vnum, alteri vero aliud, accommodatur.

QVÆSTIO I.

De Patris proprietatibus aliis à iam explicatis.

PATRIS proprietates plures in Controuersia decursu explicatæ sunt. An scilicet sit causa, Auctor, principiumque Filij: de quo d. 2. An verè Pater ipse: ibid. & d. 3. q. 2. An sit verè prior Filio ibid. & fufius propria sede: nempe d. 12. de comparatione personarum. Quare hic duæ examinandæ restant Patris proprietates: scilicet, innascibilitas, & ratio fontalis originis.

•CERT.

CERTAMEN I.

*Innascibilitas vera est proprietatis Patris, bene
Ingeniti voce explicata.*

In nascibilitatem ingeniti voce primus explicuit Valentinus, qui Primum Eonem, ceterorum praefectum, ingenitum vocabat apud Iren. 1. aduers. haer. ref. cap. 9. sub init. Tertullian. aduersus Valentinianos cap. 35. longè tamen alio sensu innascibilem, seu ingenitum, quam post modum apud Patres percipuerit; in quo primus etiam eius vocis infamator fuit Aëtius haereticus Eunomij magister testibus Epiphano haer. 76. post init. Athana. dialog. 2. de S. Trinit. contra Anomæ. vers. med. prope epistolam Aëtij. De ea voce duas epistolae scriptae Arrius ad Eusebium, & Alexandrum, quae extant apud Epiph. haer. 69. pag. 2. inde Asterius Sophista Arrianus cum sociis urgebat: vel sunt plures ingeniti in diuinis; & sic, plures sunt Dij; vel vnus solum ingenitus, scilicet Pater; & sic, reliqui erunt creaturae. Ac rursus: genitum, & ingenitum differunt natura: sed Pater est ingenitus, Filius genitus: ergo natura differunt, ac Filius Deus non est. Licet autem, & hæc, & alia Eunomij Sophismata sint, atque soluta à Basilio 2. contra Eunomium; ac insuper vox ingeniti ad Patris proprietatem explicandam accommodatissima in sui Parentis ignominiam, atque ob haereticorum abusum à Patre relegandam censendam aliquando Athana. orat. 2. contra Arrian. à medio lib. de decretis Nycenæ synodi quatuor col. ante fin. dial. 2. de S. Trinit. contra Anomæ. pag. 3. & 4. Basili. 1. contra Eunom. longè ab init. & lib. 4. pag. 5. & 4. sub titulo *Ingeniti*, Epiph. haer. 73. vers. & circa med. Chryso. orat. 1. de illo: *In principio erat Verbum* post med. Ambros. de Incarnat. Dominicæ mysterio cap. 8. & 9. Dyonis. Alexand. epist. ad Paulum Samosatren. Argumenta haereticorum à nouitate vocis ignotæ scripturæ, æquiuocæ, ab Ethnicis vitatæ contra vocem *Homousion* in voce ingeniti Patres retorquebant.

2. Praecipua haereticæ fallaciæ occasio erat græca vox *Geneton* & *Ageton*, quæ vnica *N. factum*, & non factum significabat, ac de omnibus personis *Ageton* seu ingenitum dici posset. Duplici autem *N. N. Generatum*, ac *ingenitum* oppositè strictè generato. Et tunc quidem, tripliciter adhuc accipi *ingenitum* potest iuxta Damasc. iam citandum. Primum pro negatione actualis generationis solum, quam habent homines merè possibiles. Secundò pro eo, quod per strictam generationem non est, neque esse potest, quo pacto Spiritus S. ingenitus est. Tertio modo quod nullatenus ab alio est, esse potest: quomodo solus pater ingenitus est. Vt docet Basili. 5. contra Eunom. sub med. & clarius Damasc. de fide capite 9. circa med. quia, licet impossibilia iuxta Ar. 1. de celo capite 11. à nullo principio esse possint, cum in essendo repugnent, habent solum ingignitiam negatiuam, non positiuam, qualem Pater, qui necessario à se etiam originariè est, atque omnium, quæ in Deo ab alio sunt, principium existit, vt bene Cyril. Alex. 11. thes. cap. vnic. longè abinit. & Basilius vbi proximè: quare tandem ex Patrum vsu iam vox *Ingenitum* tertia hac sola acceptioe vsurpatur in diuinis: solum Patri licitè accommodatur: cuius rei duodecim dedi Patrum testimonio d. 9. q. 1. cert. 4. num. 6. quibus adde Iacob. fratrem Ioann. apud Clement. Roman. 8. constitut. Apostolicar. cap. 12. sub init. qui Patrem vocat *ingenitum sine origine*. Et in forma pro Baptizandis dixerat lib. 7. capite 47. *Ad scilicet, & credo, & baptizor in vnum ingenitum solum verum Deum Patrem Christi*. & 2. Recognitionum pag. penult: *Nolite putare duos ingenitos dicere Deos, aut vnum, diuisum in duos, sed Filium Dei vnigenitum dicimus*. Iustin. M. exposit. Fidei de Trinit. pag. 2. *Ilud ingenitum, & subsistenti modus, notæ sunt, quibus intersequuntur Pater, Filius, & Spiritus S. siue, vt alia paraphrasi: ingeniti Verbum prolatum Patris*

statim subsistentiam designat. sæpèque repetit ingenitum, genitum, & procedentem non ad essentiam pertinere, sed ad modos subsistentiæ.

3. Id ipsum docuit Sixtus Papa 1. epist. 1. Decretal. post med. sic de Patre loquens: *Quia id ipsum fides exigit, Christiana absque ulla dubitatione ingenitus creditur*. Synod. Antiochen. profess. fidei ad Paul. Antiochen. sub init. Dei nomine Patrem intelligens phrasi Scripturæ, & vtriusque Symboli, vt ex sequenti contextu patet; tanquam Ecclesie fidem decernit: esse vnum Deum ingenitum, sine principio. Nicæni Patres lib. 2. C. 9. sub med. S. sapienter, credenda, ac non scrutanda proponunt: *Vnus ingenitus Deus, & Pater: vnus ex eo genitus vnigenitus Filius Dei Verbum: sicut non est alter Deus cum Deo, & Patre ingenitu, ita neque congenitus, neque prior, neque posterior Filius*. Concilij eiusdem hac super re definitionem testatur Athana. Epist. ad Serapion recitatus à S. Thom. opusc. 1. contra errores Græcor. capite 8. his verbis: *Impricipiatum esse, & ingenitum soli Deo Patri Catholica Ecclesia congregata apud Nicæam fideliter attribuit: & toti mundo sic esse credendum mandauit*. Idem Athana. quæst. 4. cap. 15. De natura Dei: *Proprium Patris ingenitum esse, 2. de propriis personis, & vnico nomine Deitatis. med. Patrem non genitum appellat. 4. aduers. Vibicum Potentin. initio, & infra: immatum, & innascibilem. Naz. Proprietatem Patris esse ingenitum ait. orat. 35. col. 2. & med. orat. 37. longè ab init. Basili. 2. contra Eunom. vers. fin. ait: *ingenitum, atque ingenitum esse specificas quasdam proprietates, orat. aduers. calumniantes, quod tres Deos colamus post med. & circa fin. Vnus ingenitus Deus, vnus huius vnigenitus*. Nyssen. de Fide ad simplic. post med. & epist. contr. Apollinar. de imagine, & similitudine col. 2. ac vers. finem. Patrem ingenitum vocat lib. de different. essent. & hyposthaf. vers. med. *sine generatione existit circa finem non genitum appellat*. Cryso. hom. 5. de incomprehensibili Dei natura col. 2. *Primum, & ingenitam personam, seu hyposthasim Cyril. Alex. 2. Dialogor. de Trinit. col. 3. & 4. ac 1. thesaur. capite 1. 2. & 3. Proprium Patris ingenito modo esse concedit*. Cyril. Hierosol. cateches. 4. capite 2. *Patrem ingenitum sine principio dicit cateches. 11. med. Nec duo ingeniti, nec duo vnigeniti, sed vnus est Pater ingenitus*. Fulgent. ad obiection. 5. Arrianor. sub init. *In vno autem genito ex vno ingenito naturalis vnitas demonstratur*. Et ad 7. *Pater secundum fidei veritatem ingenitus predicatur*. Alexander Alexandrin. Epist. ad Alexandr. Constantinop. versus med. *Vnus ingenitus Pater: proprium solum Patris, quod ingenitus est*.*

4. Isidor. 7. Ethimol. c. pite 4. S. 1. *solum Patrem ingenitum* ait. Idacius Clarus 3. contra Varimandum capite 2. sine scribit: *Patrem absque ulla dubitatione ingenitum credi, quia ita fides exigit Christiana: cum tota canat Ecclesia, Te Deum Patrem ingenitum, ac rursus: Gloria Patri ingenite Euleb. Caesar. 4. demonstration. Euangelicæ c. 3. vers. med. Patrem non genitum ait. Concil. Tolet. 6. c. 1. & Toletan. 11. profess. fid. sub init. & col. 2. *ingenitum Hylar. de Synodis in Syriensi can. 16. & 17. & in Vuermaciensi profess. fidei & ad can. 1. & 2. Oriental. & 2. de Trinitate versus med. & libro 3. 4. & 5. longè à principio & 9. ante, & post medium. 11. col. 4. 12. col. inculcat sæpe de Patre ingenitum & locis his de Trinitate innatum & innascibilem. Cuius rei rationem, quam nos supra, reddunt August. de Trinit. capite 26. circa fin. *Pater solus non est de alio, ideo solus appellatur ingenitus*. Dixerat etiam 5. de Trinit. id ipsum sæpè à capite 3. praesertim capite 6. & 7. & serm. 38. de temp. longè à medio ac denique; Anselm. capite 54. Monolog. à medio, *debet dici solus ille genitor, & ingenitus, quia solus est Pater, & nullo modo ab alio est*. Hanc eandem Patris proprietatem *innascibilem & innati* nomine posuit Athanasius recitatus numero 3. ex lib. 4. aduersus Vibicum. Et Hylar. proximè locis de Trinit. & loco inferius dando Concil. V. Vuermaciense profess. fidei sub initium, & Syriensi can. 16. apud ipsum Hylar. lib. de Synodis, Patrem *innascibilem* appellant: quo modo etiam Phzbadus proximè Damasc. 1. fidei, capite 11. non parum à med. Patre, & non discendente ab *innascibilitate*, quia genuit, nec Filio à generatione, quia sit ab ingenito. Ac**

Ac paulo superius distinxerat Patrem ab aliis : quia est sine principio, sicut & Nyssen. supra. Qua ferè phrasi eandem proprietatem Patris explicuit Hilar. 4. de Trinit. column. 3. Ab origine liberum, & innascibilem, illum prædicans. Nazianz. principij expertem, & vacantem, oratione 39. in sancta lumina orat. 21. ad Arrian. & de se ipso circa fin. & sine orat. 26. de moderat. in disputando seruanda col. 3. orat. 36. vers. fin. oratione 37. longè à med. orat. 13. 2. de pace vers. med. Nyssen. de different. essentia, & hypostal. propè medium; Eximium infigue, notiamque Patris esse, quod à nulla causa subsistit. dicebat.

A ratione faciliè eadem Patris proprietates suaderetur. Quia, si personæ personaliter productæ essent, vel se mutuo duæ producerent, vel saltem se aliqua produceret, vel alia quarta improducta assignanda foret, alicuius saltem ex tribus principium, quod de aliqua ex tribus concedere satius erit : quod si eam productam asseras abeundum infinitè in processionibus erit, nisi in alterum ex duobus primis velis incidere : hæc autem omnia, & singula implicant, & in fide errant : ergo aliqua ex tribus improducta est. Si dicas tres omnes improductas esse, ac proinde innascibilitatem nullius esse propriam, sed omnium communem. Contra primò : quia non plures, aut tres personæ in diuinis essent, sed vna cum in nulla respectu alterius sit principij, & principij oppositio. Contra secundò : quia si plures remaneret, infinita personaliter nulla foret infinitate diuina per negationem termini, etiam extrinseci : cum cuique deficeret personalis formalitas eiusdem generis, quæ erat in aliis, vnde tertio fieret non tres solum personas, sed infinitas fore in diuinis. Cum enim nulla genere suo infinita diuine esset, atque capacitas Deitatis, vt personaliter infinita diuine sit, multitudine infinita personarum fatianda foret, vt in simili arguebamus ad statuendam à ratione vnus tantum personæ diuine processionem per intellectum, & alterius tantum per voluntatem. Quartò denique si tres solum fore personas diuinas improductas admittimus inferret tres esse Deos. Quia, si abesset communicatio eiusdem naturæ ab vna in aliam, nullum esset vestigium efficacie adstruendæ identitatis personarum in natura.

Hoc est vnicum argumentum S. Thom. 1. p. q. 35. art. 4. ad 4. Fulgentij ad obiect. 1. Arrian. circa medium, & ad obiect. 5. Nazianz. oratione 37. vltim. de Theolog. circa med. orat. 29. de dogmate, & constituit. Episcoporum. sub med. orat. 32. post med. orat. 49. quæ est tractatus de fide, column. 3. cuius verba desumpsit Ecclesia in officio de Trinit. Synodi Syrmien. can. 16. quem declarat Hilarus libro de synodis longè à medio ait : cum ergo vnus Deus sit, quo innascibiles esse non possunt. Quam rationem dederat paulo superius : repetitque ad canonem 17. & in expositione Synodi Sardicenis 4. de Trinit. versus med. & longè à med. 5. lib. col. antepenult. lib. 7. longè à med. Concil. Nycæn. profess. fidei apud Naz. oratione 50. Vnus Deus, quia ex vno Patre, Damasc. de fide cap. 10. circa fin. & c. 11. circa med. Trinitatem vnum Deum esse docet. Filio, & Spiritu sancto in vnâ causam, patrem videlicet, relatis. Repetit libro 3. cap. 5. circa med. Lactant. 4. diuinar. institut. cap. 29. sine : vnus Deus vtrique, quia quidquid est in Patre in Filium transfuit. Idem est argumentum Origen. in epist. ad Roman. libro 8. cap. 9. col. 2. Tertulliani contra Praxe. Dionysij Roman. apud Athanas. de decretis Nicænæ synod. post med. vbi cum Trithitis agit eiusdem Athanas. orat. 5. contra Arrian. simit. & infra, orat. contra Gregal. Sabell. vers. medium, Augustini primo de doctrina Christiana, capite quinto sine. Sed hac de re iterum certam. 4. vbi de ratione fontalis originis in Patre.

7 Oppones primò Athanas. tractatu de definit. col. 3. §. Dicendum, vbi naturam vocat genitricem hypostaseon generaliter, & indefinitè : ergo & personalitatis, ac personæ Patris qui locus fortasse occurrit Scoto in 1. d. 8. q. vlt. additione, quæ incipit : Propterea tertio, dum eam sententiam disputare per phantasmam ait : vt sonat autem erronea est. Supponit enim realem distinctionem. R. P. Christoph. de Ortega, de Deo Vno & Trino.

nem essentia à personalitatibus : atque processionem personarum à personis aliis tollit : earumque oppositionem inter se sine qua personarum distinctio non extat : ac denique, si processionem has non abolere demus, multiplicat processionem in diuinis. Solum ergo vult Athanas. totam energiam, & efficaciam ad personas producendas in essentia esse, vt docebamus d. 4. Recentiores Complutenfes virtuales admittunt Patris personalitatem virtualiter ab essentia prodire, minus tamen consonant Patribus, qui omnium diuinarum emanationum principium, Patrem, fontalemque originem absolute appellant, sine distinctione vlla. Secundò : distinctionem virtuales, ad hanc virtuales productionem necessariam, discicimus d. 8. q. 2. cert. 2. atque controu. de scientia omnes virtuales productiones à diuinis relegauimus.

8 Sed instas saltem rationem ingenti non esse solius Patris : quare neque eius propriam : tum quia Spiritus S. non est genitus, sed ingentus, cum inter hæc medium non detur. Est æquiuocatio eo modo, quo non est genitus, in vocabuli primæua significatione, ingentus est in vfu Patrum, & Theologorum frequentiori huius vocis pro improductibili ingentus non est Spiritus. Proinde vtrumque Spiritui negant Nicæna synodus profess. fidei apud Nazianz. orat. 50. de fide Nicæna, vbi & ipse Spiritum S. non ingentum, nec genitum ait. Repetit orat. 26. de moderat. in disputando seruanda col. 3. orat. 36. 5. de Theolog. col. 4. & 5. longè à med. ac vers. conuolunt. Basili. 3. contra Eunom. circa fin. Symbolum Damasci apud Hieronym. Concil. Toletan. II. citatum, August. serm. 38. de temp. 3. infra octauam Epiphani. longè à med. Synodus Syrmic. can. 19. & Hilar. ad eum canon. damnant vt impiissimum Spiritum S. innascibilem appellare. Denique instas : essentia diuina, ac Deus, pro vt vagè dicit aliquam personalitatem, non dicit esse ab alio : ergo essentia, & Deus, sic acceptus, est in vfu rigoroso Patrum innascibilis, & principij expertis à Patribus pluribus appellatur. Sed Patres innascibilem, id est in causabilem intelligunt. Ad rationem dicito : innascibilitatem dicere repugnantiam positiuam, vt originariè sit ab alio : essentia autem, & Deus eam non habent, licet, vt sic, processionem non dicant, quia in personis procedentibus, essentia communicatur per originem, ac Deus procedit :

CERTAMEN II.

Innascibilitatis conceptus male à multis explicatur.

1 EX dictis constat innascibilitatem Patris formaliter sonare carentiam principij suæ personalitatis, & communicationis essentia ab alio : vt passim docebant Patres recitat. cert. 1. n. 4. pluresque alij apud Ruiz d. 53. sect. 2. n. 7. qui sic innascibilitatem nobis explicant. Vide Naz. orat. 32. ad 150. Episcopos sub med. Athanas. Dialogo 2. de Trinit. ac Dial. 1. post med. orat. 2. contra Arrian. med. libro de Synodo Ariminensi, & Seleucicæ vers. fin. An verò carentia hæc capacitatis communicationis essentia ab alio, & productionis personalitatis in Patre, qua explicatur innascibilitas formaliter, relatio sit, vt à nobis cogitatur ? videtur, & relationem cogitari, cum sit relationis carètia, quæ cum ad habitus prædicamentum pertinere debeat iuxta August. 5. de Trinit. c. 6. & 7. relatio formaliter erit, ac cogitabitur. Instat Soar. qui oppositum cenfet : innascibilitas ipsa quam ea negatione concipimus, indicatur formaliter absoluta, licet à nobis admodum relationis per eam negationem concipiatur. Sed rogo Soarium an cum eo iudicio, quò innascibilitatem absolutam iudicamus, stet simul eius conceptio simplex, vt negationis relatiuæ, necne ? si non stat, antè illud iudicium, imò sine illo, poterit innascibilitas positua, vt absoluta apprehendi contra Soarium, & omnes : si autem simul ex parte obiecti innascibilitas, cum absoluta iudicatur ;

iudicatur, vt negatio relatiua concipi debet: ergo ratione nostra nequit non concipi relata. Cùm autem simplex conceptio ad ens rationis efficiendum sit satis, semper innascibilitas rationis relationem in nostra cogitatione habeat, etiam cum absoluta iudicatur.

2. Hactenus rei huius appositissimum exemplum in Angelo, quem necessarid, vt corpus concipimus, etiam cum de illo non esse corpus iudicamus. Hinc autem non inferitur constitutione rationis nostrae Angelum corpus esse, quia non nisi, vt corpus, à nobis ratione cogitatur. Similiter neque inferitur Patrem relatione rationis, qua negationem illam cogitamus innascibilem per rationem nostram constitui. Neque enim omnia, quae necessarid ad aliquid concipiendum à nobis cogitantur, eius constitutionem per rationem, ac metaphysicam ingrediuntur: cùm res, seu aliquid formale ipsius saepe aliter, quam in se sit necessarid cogitur; cuius ratio est: quia constitutio non chymerica, licet per rationem fiat, eorum debet esse, quae re ipsa in constituto sunt, non quae ipsi, vel illis mensaliter concipere non valens, affigit. Etenim haec rei concipiendae adminicula sunt, non autem res concepta. Mito aequè futilem, atque prolixam questionem, an ea negatio processionis, seu capacitatis stricta negatio opposita priuationi, quia in subiecto absolute inepto, sit an priuatio, quia in subiecto ex genere, seu specie personae diuinæ apto: quod satis in talpa est, vt visus carentia ex specie ipsi repugnans, absolute priuatio sit, quia ex praedicato generico animalis visus non repugnat. Cum enim negatio haec, qua positiua, & intrinseca Patri innascibilitas à nobis explicatur, rationis figmentum sit inutiliter reflexis his de illa questionibus laboratur. Labor ergo, non sine fructu, nec exiguus, Scholasticorum est in statuendo positio formali conceptu innascibilitatis, in quo ea negatio nostro concipiendi modo fundatur: illum quippe negationem, qua explicatur, nullatenus esse, & constat, quia negatione praecipue rationis, cuiusmodi ea est, nihil positium, & reale, nedum Deus Pater constitui potest. Quare iidem Patres, qui innascibilitatem ea nobis negatione explicauerat, nihil negatiuum ea explicari animaduertunt. Nazianz. orat. 32. citata. Cyril. 2. Dialog. de Trinit. à col. 4. & 1. thesauri cap. 2. 3. & 4. libro II. capite vnic. saepe, maxime longè à principio August. 5. de Trinit. c. 3. 5. 6. & 7. saepe vnde ad finem sexti ait: *Nomine ingeniti non quid sit, sed quid non sit dico.*

3. Exhibendi primò sunt Arriani, qui in essentia totum innascibilitatis fundamentum ponebant, vt inde in diuinis solum Patrem Deum esse concederent: diuinæque personas in vnam confunderent, ac Trinitatem negarent. Eorum paralogramos contra Ecclesiam catholicam sola aequiuocatione armatos exarmauimus cert. 1. num. 1. Henric. p. 2. sum. art. 57. questione 1. corpore, docet essentiam, vt non ab alio communicatam totum fundamentum illius negationis esse: ita, vt essentia secundum se sit fundamentum in quo, fundamentum autem quo vt non ab alio communicata, seu Paternitas. Verum, cum illud, vt non ab alio communicata sit, ipsa negatio communicationis, seu processionis, qua positium, in quo fundatur, explicatur, dum fundamentum quaerimus, ratione fundata malè responderet. Secundò cum communicatio in precedentibus essentiae solius, non personalitatis sit, cuius formaliter est productio, seu productio, negatio communicationis in non procedente solius essentiae esse debet, negatio autem productionis personalitatis solius formaliter. Zunniga d. 5. dub. 2. concl. 4. dum ait Paternitatem, vt fundantem negationem processionis esse innascibilitatis fundamentum, idem per idem vitio se explicat Praepositius apud Henricum. art. 55. questione 5. alique prisci positium innascibilitatis rationem in relatione opposita procedentis ponebant: sicut inaequalitas opposita aequalitati relatio est. Reliciuntur vulgò: quia inducit quintam relationem reale in Trinitate. Secundò: quia, vel illa relatio respicit in genitorem distinctum à duabus per-

sonis aliis, vel hos respicit. Si primò: respicit chymericam, nempe quartam personam diuinam; ac proinde rationis relatio est: siquidem ad chymericam rationis realis, non intentionalis, respectus à nemine admittitur. Si secundò: alias personas respicit primò, vt terminos à se productos, & inde in eis resultat impotentia producendi ipsum, quam, etiam respectu sui, Pater ipse habet cum se nequeat realiter respicere.

4. Veteres plures innascibilitatem in fontali plenitudine Patris, seu ratione principij eorum personarum locabant. Contrà: quia innascibilitas distincta formalitatis, in signe, notioque Patris est à potentia generatiua, & spiratiua, vt videbimus d. 11. atqui ratio principij eorum personarum non est formaliter innascibilitas. Contrà secundò: quia innascibilitas est formaliter prior, ratione quavis principij in Patre, vt statim ostendam cert. 3. quibus impugnantur Alexander 1. p. q. 69. m. 2. Albert. q. 39. m. 2. S. Bonau. in 1. d. 28. art. vnic. quest. 1. corp. & quest. 2. innascibilitatem Patris in ratione Patriarchae Trinitatis, siue principij eorum personarum, communi ad generatiuum, ac spiratiuum. Sed contra vtrumque modum adde: in Patre solo non esse potentiam spiratiuam, neque rationem communem ad illam, quia haec potentia ex personalitate Patris, & filij adiunctis essentiae indiuisibiliter primò resultat, vt docebamus d. 4. Durand. in 1. d. 28. q. 1. corp. fundamentum negationis procedentis, seu positium innascibilitatem in primitate ad omnem emanationem, etiam creaturarum, ponebat, vt constat ex q. 1. art. 2. num. 9. Verum si ea primitas sit ratio principij omnium ad intra, & ad extra eisdem impugnationibus patet; Sin aliquid aliud formaliter sit, debuit explicari, assignarique, quid formaliter sit. Secundò ratio principij, & primò creaturarum stat in sola essentia, quae formaliter est à se, & est principium adaequatum, & totale earum, quin personalitates influant: quare in personis precedentibus ea ratio inuenitur in essentia: cum tamem nihil in eis innascibilitatis, de qua loquimur, inuenitur.

5. Haec omnia vitasse putat Aberson d. 7. c. 2. innascibilitatem constituens in relationibus, seu potentis notionalibus radicaliter sumptis: ita vt Patris personalitas, prout praecedit, radicaliter est indiuisibilis potentia vtriusque, & processionis suo ordine, constituit primum principium: quemadmodum anima formaliter infestilis, prout praecedit potentiam intellectuam, & volitum constituit intelligitur primum principium intellectiōis, & volitionis suo ordine producendum. Ait autem principium hoc radicale relatiuum esse ad Filium, & Spiritum S. quos, vt tale formaliter, respicit. Sed verò, dum factas impugnationes fugit, eisdem omnino patet. Contrà: quia radicalis potentia spirandi communis Filio per te nequit esse innascibilitas propria Patris. Secundò nequit esse eadem indiuisibilis formalitas cum potentia radicali generatiua, cum hac non communicata communicetur illa Filio per te. Tertid infestilis formalitas Patris dici ad conuertentiam cum illo debet: atqui radicalis potentia spiratiua non dicitur ad conuertentiam cum Patre, cum dicatur per te etiam de Filio. Nec potest recurere ad explicium, & implicitum, quod meritò impugnat in Ruiz. Quarto: si secundum diuersos status principij, & operationis ad intra, proximitatis, & remotioris notiones (qualis est innascibilitas) alias ab aliis distinguere liceat, pluraquam septem notiones admittentur (non mediocri in Theologia absurdo) in diuinis. Quintò sublati per impossibile Filio, & Spiritu S. maneret formaliter innascibilitas in Patre: & tamen potentia illa notionalis radicalis in eo minime persisteret. Sextò, vt aiebam, ostendamque cert. 3. innascibilitas prior formaliter est, quavis potentia notionali respectiua procedentium. Septimò denique respectus cuius ad agendum incompatibilis formaliter non est cum passiva productione, vt patet in Filio.

6. *Iisdem impugnationibus confutatur sententia S. Thom. in 1. d. 28. quæst. 1. art. 1. ad 2. aientis: Negatio, quam importat ingenitus intelligitur fundata in ratione principij, prout est notio Patris.* Consonat ad 2. & 4. & articulo 2. ad 2. ac 1. parte, quæst. 33. articulo quarto, præcipue ad 1. Sequuntur Capreol. in 1. d. 28. quæst. 1. artic. 1. conclus. 3. Deza ibidem. Etenim, si ratio principij radicalis, vel formalis vtramque potentiam secundam complectitur omnia argumenta facta militant. Sin verò generatiuam solum, tribus postremis impugnationibus impeditur: quia notiones Patris non esset, posset esse innascibilis. Tertiò, licet sit generatiuus, posset procedere, vt statim ostendam ex Aug. & ratione. Hinc etiam confutatus manet Vasq. qui d. 137. cap. 5. à num. 14. & d. 140. cap. 3. num. 18. & d. 159. init. & cap. 7. innascibilitatem positiuam in ratione primi principij, ante relationem Paternitatis formaliter, relatiuque per rationem, quique indiuisibilis conceptus sit collocat. Deceptus autem fuit. Nam primitas personæ à ratione principij non solum diuersa, minimèque opposita est, sed disparata, æque, atque potentia generatiua, & spiratiua, quæ in vnam Patris personam amice conueniunt. Deinde, si relatio illa rationis aliter rem concipientis est, restat explicare an formalitas illa primi principij formaliter absoluta, an respectiua ex parte sui foret.

7. Nec aliter impugnandus venit Ruiz d. 53. sect. 5. qui dum veterum omnium sententias conciliare vult, asserit innascibilitatem positiuam esse ipsammet relationem Paternitatis partialiter, id est implicite, ac non secundum explicitum relationis conceptum, ac num. 3. conceptum obiectiuum explicans ait: non esse relatum ad personas alias, sed solum personæ primitatem, quæ formaliter esset, & si aliter ea non procederent. Sed dissident hæc. Nam si conceptus obiectiuus primitatis personæ formaliter relatiuus non est, dum concipitur, nullatenus, implicite adhuc, de relatione Paternitatis cogitatur in huius sententia, qui nobiscum obiectiuus præcisionis formalitatem defendit. Vnde alia Doctoris huius inconsequenter deprehenditur. Ipse quippe contra Ioannem de Ripis, Scotum, & alicui nullum Patris proprium, aliusque personis incommunicabilem conceptum absolutum, ac non, etiam prædicamentaliter, relatiuum admittit; cum tamen ille innascibilitatis conceptus, ac formalitas Patris propria, atque aliis personis incommunicabilis absoluta profusius, per ipsum, sit à relatione omni ad personas producenda. Quocirca iis, quæ de personarum constitutione formaliter per relatiua docuerat, vehementer discordat. Si autem diuersum conceptum innascibilitatis ex parte obiecti à relatione Paternitatis esse reuoluit admittere, contradicet iis, quæ fusè docet tota sect. 3. & 5. numero 2. & 3.

CERTAMEN III.

Magni mei Magistri Didaci Daza innascibilitatis conceptus nostra etiam opella Illustratus.

1. **P**rima Conclusio. Innascibilitas non est adhuc inadæquate formaliter relatio Paternitatis, vel principij productiui proximi, aut remoti cuiusuis ad intra. Probata manet contra recitatas opiniones. Probatur rursus expresso Augustini, testimonio 5. de Trinit. cap. 6. initio in hæc scribentis: *Non hoc est dicere ingenitum, quod est Patrem dicere: quia, nisi Filium non genuisset nihil prohiberet eum dicere ingenitum. Et, si gignat quisque Filium, & non ex eo ipso ingenitus est: quia, & geniti homines ex aliis hominibus gignunt, & ipsi, alios, atque infra: Nec idem quisque Pater: quia ingenitus: nec ingenitus idem, quia Pater.* Quibus similia habet serm. 38. de temp. longè à med.

quæ in Paternitate dicta, de quavis processione, aut principio productiuo æquè probant. Testimonium, & conclusionem amplectitur Magister in 1. d. 28. cap. 1. & communiter veteres Scholastici, imò citatus etiam nuper Ruiz: licet ex eis plures non satis firma consequentia ad ea, quæ de constitutione personarum per relatiua docuerant. Ratio autem à priori eodem Augustini testimonio continetur. Etenim non procedere ab alio intelligi optimè potest non intellecta processione cuiuspiam ab ipso, aut potentia producendi alterum, siue proxima, siue remota; atque contra tam potentia, quàm processio alterius ab ipso rectè cohæret cum capacitate, vt ipse ab alio producat. Ergo innascibilitas positua, in qua fundatur negatio capacitatis procedendi ab alio, siue processions ab alio, non est potentia productiua vlla proxima, vel remota, aut relatio productiua in Patre. Id quod appositiuissimo exemplo, & paritate, & probabat, & confirmabat magnus ille Magister meus Didacus Daza, vt ex ipso dabo conclusione sequenti.

2. Dico secundò: Innascibilitas positua Patris fundans negationem procedendi ab alio est conceptus omnino absolutus huius indiuiduæ personalitatis, prius ratione, quam principium vilo modo aliarum personarum intelligatur. In hanc conclusionem facillè traherem. S. Thom. quem ita intelligunt Capreol. Deza, & Ferrara, vt sub conceptu personalitatis, aut formæ hypostaticæ relatione priorem paternitatis innascibilitatem esse docuerit. Consensit, licet inconsequenter satis Ruiz. num. illo 3. Ratio est: quia sicut persona secunda ratione suæ personalitatis indiuiduæ petit ab vno procedere, tertiã verò ratione singularis suæ personalitatis petit procedere à duobus: ita prima persona ratione suæ singularis personalitatis petit à nullo procedere. Confirmatur mei Daza exemplo illustratiua, sicut essentia, quia entitas prima, seu Deitas, seclusis aliis formalitatibus, & prius ratione, quam illas formaliter habeat, intelligitur esse à se primò, atque in hoc fundatur incapacitas, seu negatio necessaria essendi ab alio: ita hæc prima singularitas personalis Patris, quia prima est, intelligitur esse à se primò, & fundare negationem essendi notionaliter ab alio. Et sanè hoc expressè modò innascibilitatem nobis debet Hilarius 3. de Trinit. sub init. sic de Patre loquens: *Non aliunde, quod est sumens, sed ad id, quod ita manet, sibi ipsi sufficiens. Hic ergo ingenitus genuit.* Ac fortasse tunc eundem conceptum innascibilitatis habuit Henricus dum eam art. 57. q. 1. corp. vocauit *sufficiens*, & plenitudinem ex se Patris.

3. Probatur secundò: quia incapacitas hæc essendi notionaliter ab alio est incapacitas dependendi laxè ad essendum personaliter in se: ergo in illo primo conceptu, quo esse personaliter in se primò intelligitur Pater, debet intelligi fundata, sicut capacitas opposita essendi notionaliter ab alio in primo conceptu, quo personæ procedentes intelliguntur esse personaliter in se, intelligitur fundata: atqui primus conceptus, quo primò intelligitur esse in se personaliter Pater, est sua personalita singularis: ergo singularis Patris personalitas, qua talis formaliter, fundat negationem capacitatis essendi ab alio. Probatur denique tertiò: quia positus reliquis propriis Patris formalitatibus, hæcque seclusa non stat fundamentum incapacitatis essendi notionaliter ab alio in Patre, vt vidimus: hac vero posita, reliquisque seclusis, stat eiusmodi fundamentum: ergo in ea stat formalissimè innascibilitas positua Patris. Dices, hæc eadem personalitas singularis, qua talis, vt essentia identicè adiuncta, & qua illam vltimò singularizans, & distinctiua, personæ Patris constituit potentiam notionalem relatiuam Patris: sed qua singularizans, & distinctiua personæ Patris constituit innascibile: ergo, qua constituit innascibile, constituit relatiuum notionaliter: ac proinde est relatio potentie notionalis innascibilitatis. Respondetur in personalitate singulari Patris formaliter duplex munus esse, alterum constituendi personam singularem à se, alterum constituendi seu expediendi virtutem, atque

efficaciam essentia ad personas producendas. In quo, cum non afferat efficaciam, adhuc partialem, non affert relationis aliquid, etiam transcendentalis; sed ponit ex parte sui extremi distinctionem necessariam ab alio, ad quod possit esse, sicut potentia, ita, & transcendentalis relatio: id quod prestare optime potest, quin sit relatiua, imò prius ratione quam constitutum relatum transcendentaliter intelligatur ad personas producendas, intelligitur constituere personam notionaliter; à se, ac fundare negationem rationis incapacitatis essendi ab alio. Sicut eadem intellectus formaliter essentia diuina prius ratione intelligitur esse à se, & fundare negationem essendi causaliter ab alio, quam intelligatur principium creaturarum.

CERTAMEN IV.

Fontalis origo, & principium Deitatis, ac totius Trinitatis, imò & creaturarum omnium, Patris proprietates est.

1 PRIMAM locutionem, & rem nos docuit Dionysius. de diuin. nomin. vers. med. ubi Patrem fontem celestis diuinitatis appellat. ac rursus, fontanam diuinitatis, i. de celesti Hierarch. longè à principio: qui est diuinitatis fons & principium Athanas. orat. contra Gregales Sabellij sub init. solus fons Deitatis. Naz. orat. 13. 2. de pace. circa med. Deitatis principium. Ac rursus: Authorem esse diuinitatis, que in Filio, & Spiritu S. consideratur. Origen. de principiis lib. 1. cap. 3. longè à med. Vnus diuinitatis fons, Aug. 4. de Trinit. cap. 20. longè à med. Deitatis principium Pater est. Ambros. in Symbolum Apostolor. capite 2. Pater origo est Deitatis. Concil. Toletan. 6. capite 1. init. & Toletan. 11. professione fidei sub initio: fons, & origo totius diuinitatis. Harum propositionum sensus est duplex. Primus: quod Deitatis præcisus sumptæ fons, origo, & principium sit: quod verum quidem est: quia Deitatem alii communicat personis, & à se habet non communicatam ab alio: quare, & innascibilitatem, & potentiam notionalem patris formaliter claudit. Vnde constat non esse fontem, originem, autorem, & principium Deitatis Filium, licet eam communitet Spiritui sancto: quia ab alio accipit sicut riuus, in alium aquam deriuans fons, principium, origo, authorve fluminis non dicitur; sed solus fons à quo primùm manat, & qui ab alio aquam non accipit. Quod si Athanas. ferm. Concilij Nicæni, & epist. ad Serapion. ac ferm. de Incarnat. Verbi Filium fontem Spiritus S. appellat non obest, quia primò, & ex æquo ab illo Spiritus emanat quin, sicut Deitatem, ita potentiam (necum Spiritus emanationem, vel Spiritum S.) à Patre recipiat, sed cum illo compleat: quare illius origo, dici, & fons aliquomodo posset. Sed Epiphanius. hæref. 69. vers. med. ac longè à med. hæref. 76. post med. in ancorato post init. August. 3. contra Maximin. capite 23. versus finem fontem de fonte dici Filium mlyant. Senfus ergo explicatum tradunt S. Thom. 1. p. quæst. 39. art. 5. Canariens. quæstione 33. art. 1. ubi Vazq. & Molin. Mag. 1. d. 29. c. 1. quem ibi sequuntur distinctionarij Scholastici. Soar. 8. de Trinitate; eumque tradiderat Athanas. loco recitato longè à med. expressis que Naz. verbis nuper recitatis.

2 Secundus eius locutionis sensus est: vt sit Pater, fons, & origo Deitatis vtre est in personis tribus, seu Deitatis collectiue sumptæ, qui præcipuè videtur intentus à Concilijs Tolentanis recitatis num. 1. vt sentiunt S. Thom. art. 1. citato, & S. Bonau. in 1. d. 29. dub. 1. literal. Dum enim dicunt totius diuinitatis, complexionem denotant, que in diuinitate nisi collectiue sumpta, provt tota Trinitas re ipsa est, locum non habet: cum secundum se non complexa, sed simplicissima sit. Porro hic sensus idè est, atque locutionis secundæ: nimirum Patrem esse fontem, originem, seu fontalem originem, ac principium totius Tri-

mitatis, quæ locutio, licet expressa in Patribus peruectis non sit: solus enim (quem viderim) Athanas. orat. contra Gregal. Sabellij longè à medio aliquid non omnino simile dixit: Pater radix, & fons Filij, & Spiritus S. tamen Concilium Vuormaciense eam expressit his verbis. Fons, & origo ipse Pater est totius Trinitatis. Reprehendus ergo merito hic venit Ruiz d. 48. sect. 6. num. 3. quod eiusmodi locutionem non debere usurari moneat, quia à solo Vuormaciens. Concilio fuerit usurpata. Quasi Concilium integrum, licet solum, non faciat propositioni, quantum satis, superque sit, plenam securitatem. Secundò falsò ait, imò sui immemor, à solo Vuormaciens. Concilio eam locutionem fuisse usurpatam cum ipse n. 2. asseruerit idem dici, atque intelligi à duobus Concilijs Toletanis fonte totius diuinitatis, atque à Vuormaciens. fonte totius Trinitatis, idque ibidem, non è suo solum iudicio, dicat, sed ex sententia etiam S. Thom. ac S. Bonau. quorum solutiones ad proponendam iam contra huiusmodi locutionem difficultatem, & refert, & laudat.

3 Obiicies: Intra totam Trinitatem Pater est: atqui Pater non est sui ipsius principium: ergo non est principium totius Trinitatis. Minorem solus negauit Lactantius 1. diuin. institut. cap. 7. sine, non sine omnium Theologorum nota. Et probatur facillè: tum, quia, si de principio originario admittatur, plures processiones, quam duæ, in diuinis forent, tum, quia, non esset innascibilis Pater, si à se procederet, dicente Naz. orat. de dogmate, & constituit Episcoporum, idè esse innascibilem: quis, nec aliunde, nec à se originem habet. Denique, quia nihil se ipsum potest producere, ex quo solo principio plures esse, ac tres, Trinitatis personas, non vniam, colligimus cum Patribus. Atque inde Patres, præsertim Aug. contra Arrianos, probat Verbum non esse creatum, quia creata omnia per Verbum facta dicuntur Ioann. 1. ac per se ipsum Verbum fieri non possit. Respondet S. Thom. Rectorem dici populi totius Rectorem, licet sui ipsius, qui pars populi est Rector propriè non sit: quia reliquorum compopularium est Rector propriè S. Bonau. ealum dici continere omnia, cum se ipsum, quod aliquid omnium, tam magnum est, non contineat: quare, licet Pater principium sui non sit, sed cæterorum Trinitatis, totius Trinitatis principium dici potest: quia sumi debet principium totius secundum distributiuam accomodam, vt in exemplis dictis vulgò sumitur. Displicet in vtroque, quod in vulgari solum, ac non rigido sensu Conciliorum locutionem saluent. Respondetur strictius: Trinitatem numero saltem affinem pluralitatem esse, vt numerus strictè non sit (de quo d. vltima) quare principium Trinitatis proprium esse, quod numeri principium est: cum autem numeri principium vnitas prima sit: ac Pater sit re ipsa, ac de se, nec solum arbitrariè, prima vnitas, ac persona prior origine reliquis Trinitatis, & ante quam prior non est, prima est persona, & vnitas Trinitatis totius: quare & Trinitatis strictè, & rigide principium. Id etiam metaphysicis nominibus fontis, radice, & originis explicatur. Vnde, licet non idem proflus fontis, Athanasius recitatus numero 2. re idem, ac sensu idem docuit.

4 Respondeo denique: de principio originario sumpto verificari Patrem esse principium, originem, ac fontem totius Trinitatis strictè loquendo. Trinitas enim potest sumi distributiue, vel collectiue. Licet autem distributiue Trinitatis totius principium originarium Pater non sit, quia omnium personarum Trinitatis non est, quia non sui ipsius; aut Trinitatis totius collectiue sumptæ principium est: quia vt collectionis alicuius principium aliquid sit, ac verè dicatur, satis est, vt aliquid, quo completur collectio tota, producat: maximè, si maiorè eius partem producat. Pater: quia sine eius productione tota collatio absolute neque esset, neque produceretur: quare, qui illud ponit collectionem totam ponit, quia collectio est. Sic, qui producit, ac ponit vnionem, non illam, sed totam absolute hominem, qui sine illa non esset producere, & ponere dicitur. Sic fundamenta do-

mus totam domum sustentare propriè dicuntur: quia nisi partes superiores sustentarent, tota domus collectiue non esset. Cum ergo, sine secunda, vel tertia persona Trinitas tota collectiue non foret, qui utrâque producit, ut principium, atque non habet priorem, principium originariè, & fons, origo, radix totius Trinitatis collectiue sumptæ verè dicitur, atque est. Iam verò stricta locutione adhibito nomine totius Trinitatis adiuncto Trinitatem collectiue pro tota Trinitate coniunctim supponere, citius, quàm distributiue, nemo non videat: quia nomen totus collectiue de se, non distributiue est.

5. Ultima, & tertia locutio: quod scilicet, esse principium omnium creaturarum, Patris etiam proprietates sit, facile probatur; quia, licet operationes ad extra communes sint Trinitati toti, ac proinde Filio, & Spiritui sancto, tamen quia à Patre omnipotentiam accipiunt per processionem ab ipso, Pater, qui dat, ac non recipit, potiori iure suam, & propriam habet, ipsique, ut illam habeant, principium est: quare Filius in Euangelio à se ipso quidquam facere negat; sicuti neque à se loqui, neque Verba, quæ loquitur, esse sua, sed eius, qui illum misit, Patris esse ait, atque à se ipso non loqui. Ac de Spiritu S. Non enim loquetur à semet ipso, &c. quia utrâque scientiam, qua loquebantur à Patre communicatam recepit; ac proinde in propriis Patris, non sui, eam, eiusque effectus numerant. Ex quibus omnibus constat timidius, quam par sit Canariensem supra, & Vazq. d. 139. capite 3. dixisse absolutè his locutionibus abstinendum esse. Neque ira verè Soarium d. 8. de Trinit. capite 3. num. 3. Molinam x. p. d. 33. art. 1. d. 2. minus rigidas eas locutiones appellasse.



QVÆSTIO II.

An proprium Filij sit esse Verbum?



IDIUMS Filiationem, ac principium esse Spiritus S. in propriis Filij esse, numerarique debere. Duo igitur examinanda præsentis Disp. restant. An suis propria sint? Verbi nimirum, & imaginis ratio. De imaginis quæstione 3. de Verbo præsentis quæstione 2. agetur.

CERTAMEN I.

Stricta Verbi ratio propria, & notionalis Filij ex Scriptura, & Patribus statuitur.

1. Filium non nisi chymeticè Verbum esse blasphemarunt Valentinus cum suis apud Irenæ. lib. 1. c. 1. Epiphanius hæref. 71. Theodoret. 1. hæreticar. fabular. cap. 10. lib. 5. epitomes quinquor. decretor. cap. 2. Aug. de hærefibus in 11. Samosatens. aliqui consentiunt apud Athanas. orat. 5. contra Arrian. versus fin. Item Nestoriani apud Concil. Ephesin. ac sæpius apud epistolas, & epistola Cyrilli, Alex. insuper Arrius apud eundem 7. Theaur. cap. 3. ex Arrianis verò alij Verbum cum homine assumpto Filium constituere, alij hominem assumptum à Verbo filium esse dicebant teste Athanas. proximè versus med. Arrius insuper apud Cyrillum cap. 2. scientiam Dei, ac sapientiam communem Verbum appellabat, quòd diuersam à Patre personam non efficeret. Cui hac in re Sabelliani subserpserunt; utrosque refert Athanas. orat. citata, & epist. de sententia Dionysij versus med. Cyrill. proximè post med. Mitto hærefes alias, quod Verbum sic exterius prolatum, seu prolatiuum; nuncius, seu dispositio

no nobis à Deo donata ad intelligenda diuinæ voluntatis arcana; hæc enim contra Verbi diuinitatem d. 2. fundatam, sunt; nunc enim ex solum, quæ Verbum à Filio diuidunt, sunt refellendæ, quia præsentis dogmati statuendo opponuntur.

2. Nec longè à mentioris erroribus abiisse videtur Origen. lib. 1. ad Euangelium Ioannis asserens Verbum metaphoricè solum de Filio, & Christo dici, sicut lux, & agnus: quia irrationalia à nobis auferit, Patrisque arcana renundat. Cui consentire videtur Theophylact. ad id Ioann. 1. Hoc erat in principio apud Deum. Vbi non propriè, dignèque Deo Verbum de Filio dici asseuerat, quod sit paternæ voluntatis nuntius: solum autem vult & Dionysij doctrina nullum ex creatis nomen dignè dici de Deo. Quo etiam sensu similiter loquitur Chrysostom. hom. 1. in Ioann. post med. & Euthymius in id Ioann. 15. Quæcumque audiui à Patre nota feci vobis. Vbi ab effectu etiam manifestandi nobis Patris mandata, tanquam à nobis notiori, Verbi rationem in Filio probant; sicut, & Epiphanius hæref. 73. vers. med. Sed neque Origenis testimonia eum in hoc errore fuisse conuincunt. Etenim ut d. 2. de Filij diuinitate agentes notabamus, ipsius in Ioannem commentaria ab hæreticis sunt corrupta, ut tanti Doctoris calculo erroribus suis autoritatem conciliarent. Durandus tamen cum Filium per intellectum formaliter produci neget, ut vidimus d. 3. Verbi rationem metaphoricè Filio conuenire docet; esseque propriè sumptam essentialem, & communem, non Verbi propriam. In hoc extremo videtur sentire cum S. Thom. q. 4. de verit. art. 2. & in 1. d. 27. q. 2. art. 1. Capreolo art. 1. Carthus. q. 1. Scoto ibidem §. ad quæstionem istam, Fabro d. 22. cap. 2. Ferrara 4. contra Gent. cap. 3. Valètia q. 8. de Trinit. punct. 1. & controu. de Trinit. cap. 3. qui admonet iam per Theologorum vsum de solo Filio Verbum dici licere: ac proinde Verbum appropriatione omnium Theologorum, soli Filio conuenire: licet in aliis ratio etiam Verbi essentialis, & communis inueniatur: non autem negant alij à Durando aliam Verbi rationem Filij propriam.

3. Communis autem Patrum, & Theologorum sententia Verbi rationem Filij propriam, & notionalem esse docet, nec solum appropriatam. Ita S. Thom. 1. p. q. 34. art. 2. vbi Caiet. & Thomista, Canariens. Molina, Vazq. & Valentia, Soar. 9. de Trinit. cap. 3. Zunniga d. 9. dub. 1. concl. 2. & 3. vbi oppositum erroris insinuat, & dub. 2. Arrubal. d. 13. cap. 2. Didacus Ruiz d. 57. sect. 2. Becan. capite 5. quæst. 1. Granad. d. 2. Martin Perez d. 14. sect. 2. Galpar Hurtado d. 7. disp. 3. & Theologi reliqui à Durando. Probatur primò ex Ioann. 1. In principio erat Verbum. ad quæ Cyrill. 7. Theaur. capite 1. sub init. ut hoc nomen quasi proprium Filij elegisse videatur: in principio inquit, &c. ac infra: Verbum est Verbum naturale, & que intrinsicum, id est Filium. Concludit autem Ioann. Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre. Esset autem absurdum, quæ Filij propria sunt, ut incarnasse, habitasse cum hominibus, gloriamque unigeniti habere; quæque de Filio credenda Ecclesie, tunc primum, proponebat, non nomine proprio personali ipsius, sed vel communi, vel metaphoricè de illo renuntiare: quin, si inde metaphoricè Verbum dicitur, quia Patris mandata visibiliter nunciavit, non poterat dici Verbum factum carnem, sed Filium factum esse Verbum. Secundò nisi proprium hic Filij nomen Verbum sit, præcipuum fidei de Incarnatione fundamentum, quod ex hoc loco petitur corrui. Tertio in tanto mysterio Trinitatis, & Incarnationis in nouo Testamento, in quo veteris figura, & metaphora cessarunt, metaphoricis nominibus loqui improprium, & absurdum esset: maxime cum metaphoricè nominis applicatio nondum percubuerat. Adde statim Ioannem se de Filio homine Christo loqui ostendere dum adhibito Baptista illum digito monstrantis testimonio. Hic erat, quem dixi vobis post pauca subdit: Unigenitus, qui est in sinu Patris, &c.

4. Accedit illud Apocalips. 19. vbi nomen Filij quod nomen

nemo nouit nisi ipse, explicans Ioannes ait: Vocabat nomen eius Verbum Dei, id est Patris. Cum ergo hic, & initio sui Euangelij dum Filium apud Patrem esse, ab illo distinctum, & eique consubstantialem considerat tantum ante incarnationem, & prädicationem (ex qua metaphoricè Verbum dici potuit) Filij nomen, Verbum esse tradat Ioannes, quomodo nomine communis rationis, vel metaphoricè illum compellet sine absurdo non capio. Tertio idem Ioann. epist. 1. cap. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum sunt. Vbi cum strictissime mysterium Trinitatis tradatur in unitate essentia, & tribus personis; eas propriis nominibus exprimi, nec communi aliquo, aut metaphoricè necesse fuit. Sicque Pater & Spiritus S. exprimuntur: ergo, & Filius. Confirmatur: quia male assignarentur tres personæ his nominibus: Pater sapiens, & Spiritus: quia sapiens nomen commune est. Ergo si Verbum commune, & essentialiter nomen sit, male per illud distincta persona assignatur: maxime, quia, si nomen essentialiter sit idem, quod sapiens, erit Verbum. Secundò dici non posset: & hi tres. Nominem enim communi non significatur persona diuersa à duabus; V. g. nomine Deus, sapiens, bonus. Nec valet appropriatiuè esse nomen Verbi; nondum enim Theologica appropriatiuè extrahat. Nec refert esse etiam nomen personale, & proprium Verbi, licet sit commune. Si enim personale sit, aliquid significat ex parte obiecti, cum personaliter accipitur, quod commune non sit: quare erit nomen æquiuocum, vel analogum, inepitumque proinde, vt distinctam personam designat. Ad hæc psalm. 44. Pater inducitur Filij sic generationem, iuxta patres omnes explicans: Eructauit cor meum Verbum bonum. Et Ecclesiastici 1. Fons sapientia Verbum Dei in excelsis, quem locum de Filij persona solum intelligi docet Aug. 15. de Trinit. c. 11. ante medium.

5 Accedunt Concilia, & Pontifices definiens Verbum esse secundam personam Trinitatis, scilicet Filium. Quod, nisi nomine proprio, æquè, ac primè proprium nomen sit Pater, male præstaret. Nicen. 2. col. 7. Sancta, & magna ex illo: Et Verbum erat apud Deum, colligit esse distinctam personam à Patre, perfectam ex perfecta: Deus enim est, non pars Filij, perfectus sicut & Pater. Et circa medium §. non ita §. sepe §. ne querat, Synod. 1. Antiochen. profel. Fidei ad Paulum Samosatensem. §. 1. Concil. Ephesin. toto, præsertim professione Fidei dicunt Verbum natum ex ipsa Patris essentia. Et tit. 1. cap. 4. can. 1. 11. 12. 13. decernit. Verbum incarnasse, passumque fuisse. Consonant Calcedonense act. 5. de unitate. Constantinopolitan. 2. generale §. collat. 8. can. 2. 3. 4. 6. & 7. Euaristus Papa Epistol. 1. ad Episcopos African. post med. In sinu Patris erat Filius, & corde Patris Verbum eructatum. Liberus Papa Epistolæ fragmento ad Athanas. inter huius opera. Et nostra confessio Verbum Dei Filium secundum naturam ex Deo, eodemque Patre suo genitum esse. Damas. Papa professione fidei ad Paul. Thessalonic. sepe Filium Verbum appellat, Gaius Papa epist. vnica. Id ipsum docuerunt Apostoli Ioannes in regula Fidei Virginis iussu data Thaumaturgo in huius vita; Vnus est Pater Verbi viuens, Iacob. frater Ioann. apud Clement. 8. constituit. Apostolic. c. 12. sub init. Filium unigenitum Verbum Deum, c. 16. post init. Vnigenitum Verbum. Lucas Euangelista in sua liturgia. col. 3. sic orat: Domine Iesu Christe Verbum coeternum principio carentis Patris.

6 In eandem sententiam scripserunt Patres Apostolicæ coetanei Clem. Roman. Epist. 1. ad Iacob. fratrem Domin. circa med. Cuius Patris, verè Filius est Verbum, & speculum, & caraciter, & imago viuens Patris viuens. Dionys. 2. de diuin. nomin. Dei Verbum naturam humanam assumpsit: cuius actiones non sunt Patri communes. Ignat. epist. ad Magnesian. post med. Filium suum, qui est. Verbum ipsius, non prolatum sed substantiale. Epist. ad Philippenses de Verbo, tanquam de Filij persona loquitur. Martialis cognomento Apostolus epist. 1. ad Burdgalens. cap. 10. med. Verbum, in quo credidistis, Filius est unigenitus ante omnem substantiam. Et statim: Spiritus S. non est genitus sicut Verbum. Et iterum: est procedens à Patre, & Verbo. Irenæus lib. 1. c. 1. pag. penult. Hunc, Christum, Verbum Dei, hunc factorem

omnium, hunc eundem caro factum, & habitasse in nobis affirmat. Ioannes. c. 1. & illic ferè subdit: Disite igitur insensati, quoniam Iesus qui passus est pro nobis, & habitauit, in nobis, idem ipse est Verbum Dei. Et lib. 4. cap. 13. post. init. Verbum id est Filius, semper cum Patre erat. Quod læpius ibi, & lib. 5. cap. 18. repetit. Iustin. exposit. fidei de Trinit. vers. med. Propter imperitos vitur etiam, Psalmista, Personarum distinctione, sic loquens: Verbo Domini cali firmati sunt. Et post med. Verbum pro Christi persona assumit. Athenagoras legatione pro Christianis vers. medium: Filius Dei est Verbum Patris. Et statim: mens, & Verbum Dei Filius Dei est. Quod si de Deo mente idem dicere videatur, non sine adiuncto Verbo dicit.

7 Probatum insuper ex Psalm. 106. Misit Verbum suum, & sanauit eos; & eripuit eos de interitionibus eorum. Cui consonat illud cap. 16. Neque herba neque malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia. Quibus locis, licet literæ cortex de diuino imperio sit, præcipuus tamen, & communis literalis sensus est de Verbo incarnato, quod nos de interitione, malisque aliis liberauit. Sic in primum locum Chrysofom. Basil. Theodoret. Nicephor. & alij plures apud Lorinum, & expositores alios communiter: item Athanas. De Incarnat. Verbi Dei longè à med. epist. de interpretat. Palmor. ad Marcellin. col. 2. orat. 3. contra Arrian. vers. med. Nyssen. tractatu 1. in Psalm. cap. 8. circa medium, Cyrill. Alexand. 5. in Isai. Eutyrius 1. p. Panopliæ, titulo 8. Damasc. 1. fid. c. 7. Cyprian. 2. contra Iudæos, capite 3. Ambros. in Psalm. 43. licet autem in loco Isai. non Verbum, sed sermo dicatur Filius, eadem proprietates significatur illius, licet non cum expressiore rigorosa simplicitatis Verbi, cum sermo Verborum pluralitatem sonet. Quare, nisi cum eius multiplex virtus exprimitur in Scriptura, vt hic, & loco statim recitando, atque ad Hebræos 4. Græca vox λόγος Verbum vertenda est, vt vulgata verit. Quocirca Ioannis 1. vbi de Verbo secundum se, non de multiplici eius virtute agitur, Verbi, sicut habet vulgata, retinendum est, quia Filij simplicitatem rigidius exprimit: nec vertendum sermo, vt impiè, & procaciter Erasmus, & Beza volebant. Denique sap. 8. pro hac veritate dicitur: Omnipotens sermo tuus exiens de celo à regalibus sedibus venit. Licet enim de Angelo percutiente sonet, de Dei Filio, eiusque Incarnatione, in Angeli percutientis aduentu figuratis, intelligendum suadet Verbum Omnipotens quod de Angelo pro se sumpto dici non potest. Insuper Patrum, & Ecclesiæ totius consensus, quæ introitu Missæ de Natiuitate, vt Filij Incarnationem, & Incarnati Natiuitatem fidelibus annuntiet, eo vitur loco.

8 Adde illud Ioann. 17. Sermo tuus veritas est: de Filio intelligi ab Athanas. orat. 2. Contra Arrian. longè à med. orat. 4. vers. med. Aug. tractatu 108. in Ioann. circa med. iuxta illud: Ego sum via, veritas, & vita. Licet expositores vulgò de Doctrina Evangelica interpretentur. Item illud ad Hebr. 4. Verbum est enim sermo Dei, & efficax. De Filio intelligunt Patres plerique, licet interpretes nonnulli de Dei doctrina. Denique Patres plures Dei Filium specialiter sermonem appellant. Tertullian. contra Praxeam cap. 5. 7. 8. & 11. contra Marcionem cap. 27. aduersus Hermodian. c. 20. Atque eius nomine Nouatian. lib. de Trinit. Cyprian. 2. contra Iudæos cap. 3. & 6. Hilar. 2. de Trinit. Ambros. de fide contra Arrian. cap. 2. circa med. & 1. ex hamer. cap. 6. & lib. 2. cap. 2. Hieron. in Isai. & in 1. ad Hebræos. Aug. tractatu 54. & 108. in Ioann. Lactantius 4. diuinar. institutionum cap. 8. & 9. Prudentius Hymno 6. Cathemerin. Remig. ad Hebræos 4. An. elm. Ioann. 1. Nazianzen. orat. 40. de fide vers. med. Athanas. dialog. 2. de Sancta Trinitate contra Anom. sub init. dialog. 3. & orat. 3. contra Arrian. ante medium. Nyssen. orat. cathec. cap. 1. longè ab init. ac de Trinit. & aduentu Domini. Chrysof. tom. 3. vers. fin. & serm. de Trinit. sub init. & orat. de illo Abraham. Pone manum tuam sub femur, vers. med. Cyrill. Alexand. 5. in Isai. cap. 62. post med. pluresque, quos referre, nedum recitare piget: videat, qui voler apud Ruiz d. 57. vbi plures alios, qui Filium Verbum appellant recentet. Solus recitandus est Iacob. frater Domini, qui in sua liturgia

tant recenser. Solus recensendus est Iacob, frater Domini, qui in sua liturgia orat, ait: *Domine Iesu Christe Dei sermo.* & col. 3. atque inter med. & finem promiscue secundam personam iam *Filium*, iam *Verbum* appellat.

CERTAMEN II.

Ratione à priori ex Verbi definitione eadem veritas suadetur.

Duplicem respectum (vt alios cert. 4. examinandos taceam) Verbum claudit: alterum ad proferentem, alterum ad obiecta, quæ illo representantur, ac dicuntur: verque autem non competit essentiali cognitioni sed soli Filio: ergo ratio Verbi personalis Filij est non essentialis. Minor probatur: quia cognitio essentialis nequit realiter respicere aliquam personam proferentem, seu loquentem, cum omnibus identificetur. Firius autem respicit Patrem loquentem, à quo procedit, & à quo proferitur vt ad id Psalm. 44. *Evocavit cor meum Verbum bonum.* Patres citati asserunt. Sed audiatur præterea Nyssen. oratione catechetica. cap. 1. *Hoc Verbum est aliud ab eo cuius est Verbum. Nam hoc quoque est aliquo modo ex his, quæ dicuntur relata ad aliud: quandoquidem oportet omnino cum Verbo, Verbi Patrem subaudiri. Non enim esset Verbum si non esset Verbum alicuius.* Aug. 5. de Trinit. cap. 13. *Relatiuè dicitur Filius, relatiuè dicitur Verbum, & imago: & in his omnibus vocabulis ad Patrem refertur.* Vnde S. Thom. 1. p. q. 34. *Nomen Verbi principaliter impostum est ad significandam relationem ad dicentem.* Quod autem respectus Filij ad Patrem sit ad illum tanquam ad loquentem, probant communiter Theologi: quia potest per intellectum: at hoc probant, quia est Verbum personaliter: vnde vitio circulo discurrunt, nisi aliunde probetur Filium esse obiectum representationem eorum, quæ Pater communi, & essentiali essentia prænouit. Si enim hoc probetur cum realis respectus ad patrem producentem probatus sit, integra Verbi ratio personalis Filio euinctur.

2. Minor autem eam rationem Filio personalem negari à Soar. 9. de Trinit. cap. 3. n. 4. Vasq. d. 144. cap. 2. Arrubale d. 13. cap. 8. Zuniga d. q. dub. 8. Granad. tractat. 9. n. 7. Ruiz d. 58. sect. 5. Mazario 1. p. q. 34. art. 3. Controu. 2. Cum enim Verbum utrumque essentialiter requirit, & respectum ad producentem, & rationem representationis intentionalis altero deficiente personaliter Verbo, Verbum personaliter non erit: sicut per hos, licet essentialis cognitio representatio intentionalis sit, quia non habet respectum realem, & verum ad dicentem, Verbum non est: atque Spiritus S. licet respectum ad producentem habeat, quia tamen personaliter representatio intentionalis non est, licet sit essentialis representatio, cum qua identificatur, Verbum personaliter non est. Dicit Soar representationem essentialem Communicari formaliter, & primariò Filio vi suæ processionis, quæ per intellectum est. Sed contra primò: quia aliunde probatur Filium formaliter per intellectum procedere, quam, quia personaliter est Verbum, quod nunc est probatum. Contra secundò: quia d. 3. q. 2. probant, eo admisso, æquè primò Communicari Spiritui formaliter intellectum, atque Filio. Sed miraculi instar est Vasq. & Ruiz, qui secundam personam Filium præ tertia q. illa 2. docuerunt: quia secunda personaliter est similitudo, & imago intentionalis Patris, seu tertia; nunc rationem representationis intentionalis personalem Filio negasse. Nazarius verò aperit à S. Thom. deficit dicente q. illa 34. art. 1. ad 2. *Cum ergo dicimus, quod Verbum est notitia, non accipitur notitia pro actu intellectus cognoscentis, sed pro eo, quod intellectus concipit cognoscendo.* Probari ergo solum potest: quia Spiritus personaliter Verbum non est solum defectu personalis obiecti representationis. Secundò: quia Filius dicitur à Patribus Sapientia genita: ergo terminus eius est

R. P. Christoph. de Ortega, de Deo vno & Trino.

Sapientia non formalis essentialis, sed personalis, & obiectiua: alioqui æquè diceretur Pater Sapientia genita, atque essentiali sapere, quod est damnatum. Si ergo Filius representatio est, Pater producens Filio loquitur, dum illum producit: ac proinde ipse personaliter Verbum est.

3. Dices. Eadem est ratio Verbi comparatione Filij, atque amoris comparatione Spiritus S. at ratio amoris ita conuenit personaliter Spiritui, vt propriè etiam amoris essentiali conueniat: ergo, & ratio Verbi propriè conueniet essentiali cognitioni. Negatur maior: quia amor propriè acceptus non dicit respectum realem ad producentem, sicut Verbum, quod proinde cognitioni essentiali nequit conuenire: ratio verò amoris è primaria significatione essentialis est, licet secundariò notionalis, & personalis sit; sicut voci *Sapientia* continet, vt essentialem primariò significet, secundariò notionalis, & genitam, nempe Filium, ob rationes dandas q. 4. Instas ex Arhanaf. 1. 2. tract. *aduersus eos, qui dicunt, Passus est Deus sermo carne, aientem: qui dicit Deum esse essentiam simplicem designat; 102. & autem sermo, seu Verbum est: ergo eius ratio essentialis est.* Solum autem vult Verbi, aut sermonis nominibus, nihil ex duabus naturis compositum significari, adiungit enim: *Qui verò dicit Christum, is duarum coniunctionem naturarum declarat.* Rursum dices ex Irenæo. lib. 2. cap. 48. dicente: *Deus totus existens mens, totus existens 102. & Et iterum 102. & mens, & omnia concludens mens ipse Pater est.* Solum vult Verbi personam non esse Patrem Dei, sed integrum, ac totum Deum, sicut Pater. Concludit enim: *Verbum ex cogitatione & sensu emitti notum omnibus esse.*

4. Dices verbum appellari à Damasc. 1. fid. cap. 6. *absolutum.* Sed ibi absolutum pro perfecto usurpat, nulliusque extranei indigo. Dionys. 1. de diuin. nomin. *Verbum* inter alia Dei nomina recenser. Sed quid inde? licet enim essentialis non sit, aut proprium Dei est, cum Filij sit, qui Deus est. Deinde Basil. S. contra Eunom. cap. 11. ait: *Dei quidem Verbum Filius, Filij autem Verbum Spiritus S.* Sed tamen vt bene S. Thom. 1. p. q. 34. art. 1. & opusc. 1. contra error. Græcor. metaphoricè Spiritum Verbum appellat ob exteriorem missionem ad manifestanda secreta sua, & Patris, ad quod verba proferri solent. Sic Ioann. 15. de Spiritu S. Filius dicebat: *Quem ego mittam vobis à Patre, ille vos docebit omnia.* Quod si Ambros. lib. vnic. de Filij diuinitate, *Filium Verbum de Verbo*, nominat, vbi Patrem Verbum etiam videtur nominare: ac proinde Verbi nomen non esse Filij proprium, cum sit Patri etiam commune; non loquitur ex propria sententia: solumque vult Patri loquenti, quomodo libet loquatur, consubstantialem necessariò Filij fore. Deniq; obiectis Patres Filium idè Verbum esse: quia imago Patris: atque Spiritus S. apud est imago Filij, iuxta Patres q. 4. referendos: ergo erit Verbum Filij, atq; absolutè Verbum in diuinis. Verum ea q. 4. constabit Spiritum S. Filij rigorosè imaginem non esse.

5. Oppones iterum. Cognitio quævis creata, vel est Verbum mentis, vel illud habet, vt terminum annexum: ergo intellectio essentialis diuina, vel est Verbum, vel habet illud annexum vt terminum essentialis, non notionalis cognitionis diuine. Confirmatur primò: quia Verbum creatum non consistit adhuc partialiter in relatione producti, sed in sola representatione obiecti, quam eminentissimè habet essentialis cognitio in diuinis. Secundò: quia, & si sola esset Patris persona Verbum haberet: tunc autem non esset terminus productus in diuinis. Tertio: quia actus notionalis non reflectitur supra producentem, nec transit ad creaturas: idè nec se, nec creaturas generat, aut spirat; atqui tam se, quam creaturas loquitur Pater: ergo locutio seu Verbum reflectitur supra Patrem: ergo Verbum, seu locutio actus essentialis est non notionalis: quare non est nomen personale Filij, sed essentialis, & commune. Distinguo primum antecedens, præcisè, quia intellectio, nego. Quia quævis intellectio, vel producitur, vel est productio Verbi: Concedo: & nego consequentiam: quia intellectio essentialis

nec productus, vquam, nec secundum se est productio, cum in Filio, & Spiritu S. secundum se totam sit, & tamen nihil cum illis producit; vt notionalis autem efficitur, productio est, habetque pro termino Verbum, qui Filius est, vt contendimus. Ad confirmationem primam nego assumptum; similiterque assumptum confirmationis secundæ. Ad tertiam confirmationem distinguo maiorem. Non refertur nec transit &c. actiue: concedo maiorem. Representatiue nego: hoc autem factus est, vt se, ac creaturas Verbo Pater loquatur, de quo certamine tertio.

6 Denique Durandus Eunomij argumentum relatum à Cyrillo r. in Ioann. cap. 4. & 7. thesaur. cap. 1. post med. sic arripuit. Verbum mediat inter loquentem, & cui loquimur, atqui loquitur Pater Filio ex Psalm. 2. *Domini dicit ad me, Filius meus es tu; ergo Verbum mediat inter Patrem, & Filium: atqui Filius nequit mediare inter se ipsum, & Patrem: ergo neque esse Verbum.* Negatur maior: ostendam enim cert. 3. Patrem verbo suo ipsi Verbo loqui. Instat Eunomius: quia Ioann. 8. Filius de se, & Patre ait: *Scio enim, & sermonem eius seruo.* & cap. 14. *Verbum, quod audivitis, non est meum.* Ergo Verbum, quod seruat à Filio, ac Filij non est distinctum, est à Filio. Respondeo primò cum August. tractatu 43. in Ioann. & cum Beda intelligendo Verbum, & sermonem personaliter pro Filio, vt vult Eunom. negando consequentiam: quin potius, si Filij foret verbum, ac non solus Patris, Filius Verbum ipsum non foret: nemo enim sui ipsius est, maxime vt principij, & producentis, ac loquentis, sed ipsemet est. Laudanda solutio, quia hæreticam inscitiam prodit. Vera autem, & litteralis est eis locis Christi loqui de doctrina sua, quæ Patris Verbum, id est mandatum, appellat phrasî vulgari: ac Verbum non suum ait primitus, quia à Patre, cuius omnia communia primitus in Trinitate sunt, acceptum habuit, atque vt homo impleuit, seruauit, obseruauitque.

7 Cæterum Durandi doctrina sugillatur à Carthusiano in r. d. 27. q. 3. longè à med. vt *inepta, frivola, & clarissimè reprobatâ Scripturis, & dictis Sanctorum.* A Ruiz verò d. 57. sect. 4. n. 5. vt *hæresis proximâ.* A Zunniga citato cert. 1. n. 3. vt *error*, quibus subscribo. Nec eis censuris liberatur autoritate Doctorum, qui n. 2. doctuerunt Verbi nomen essenziale esse in diuinis, isdem enim docent esse etiam personale, vt vidimus n. 3. sicut de nomine sapientie, & amoris Theologi omnes sine errore, imò catholicissimè essenziale, & notionale esse fatentur: quare, licet alia sit nominis Verbi Theologica ratio, atque amoris, & sapientie, vt illud solum personale nomen sit, vt ex dictis clarè deducitur: ast asserere vtrumque, nempe notionale, ac personale esse cum theologica veritate probabilissima, non autem cum sine pugnat.

CERTAMEN III.

Statuitur quis, quibus, quoque Verbo loquatur in Diuinis.

1. **D**icere seu loqui improprie sumptum (provt idem est, quod cognoscere obiecta verbo representata cognitione, quæ ad Verbum ipsum terminatur) dubium non est quin tribus conueniat personis: quippe ex dictis d. 3. de processionibus constat cognitione essentiali, qua tres personæ intelligunt Verbum à Patre solo produci, ac proinde, & eam ad Verbum terminari. Improprie hanc dictionem, seu locutionem usurpant quandoque Patres, Anselm. cap. 28. 34. & 46. Monolog. Fulgent. 3. ad Monim. capite 7. medio, alique dicentes: *Nil aliud est apud se dicere, quam apud se cogitare.* Eoque sensu Trinitatem totam Verbo dicere, ac loqui probant ex illo Genes. 1. *Faciamus hominem.* Et Genes. 11.

Venite descendamus. Cyrill. Alex. 3. Dialogorum de Trinitate longè ab initio. 1. contra Iulian. post medium August. contra serm. Arrianorum capite 16. Ambrosius 5. de fide ad Gratian. capite 6. sub. initio ad illud Ioann. 16. *Non enim loquetur à semetipso:* specialiter de Verbo, quod se ipso loquatur docent Isidorus Pelusiota epist. 141. Augustinus primo de Trinitate capite 12. post med. lib. 7. cap. 3. & tract. 14. in Ioann. Ambrosius. in id ad Hebræ. 1. *Portans omnia Verbo virtutis sue.* Ad quem etiam locum Chrysostr. Theodoret. Theophylact. & Oecumenius. In qua laxa locutione Pater, & Spiritus, & quod solum loquentur, Verbum autem vt quod, & vt quis, loquetur; quia solus ipse Verbum, & locutio est, vt notat bene Ruiz d. 60. sect. 5. n. 1. & 2.

2. Hæc verò impropria locutione ommissa dicendum est: proprie loquende solum Patrem verbo suo loqui. Est contra Durandum, qui ad dictionem propriam solum cognitionem requirit, & contra Vasq. D. 14. cap. 4. à num. 22. vbi dictionem idem, quod verbum in facto esse fore contendit. Est autem expressa Aug. sententia 7. de Trinitate capite 1. sub init. his verbis: *Dicens ergo illo coeterno verbo non singulari intelligitur, sed cum ipso Verbo, sine quo non est viuque dicens.* Est autem ille pius sine Verbo, ac lib. 15. *Tanquam se ipsum dicens Pater genuit Verbum sibi æquale per omnia.* Quæ ferè repetit cap. 15. & 21. init. & in Psalm. 61. *Semel locutus est Deus, quia unum Verbum genuit.* Athanas. epist. de decret. Nicænae Synod. *Si concesserint Deum non nisi semel Verbum proferre, fieri non potest quin agnoscant eum ita loquentem Verbi sui Patrem esse.* Gregor. M. 23. moral. capite 11. aliàs 19. *Loqui Dei est Verbum genuisse.* Repetit glossa ad id Iob 23. *Semel loquitur Deus.* Et Gregor. ipse capite 32. sine, Anselm. 32. Monolog. init. *Quis neget summam sapientiam, cum se dicenda intelligat, eignere consubstantiali sibi similitudinem suam ad id Verbum suam.* Similia habet sæpe à capite 31. ad 36. Richard. Victorin. 6. de Trinit. cap. 12. sine: *Interna locutio agitur auctore Patre suo.* Quibus ad dictionem, seu locutionem Verbi productio requiritur, quæ nec communi intelligence, nec verbo solo continetur: quare soli Patri tribuitur.

3. A ratione probatur primò: quia loqui apud sacros, & profanos Auctores est verba facere, seu profertur: ergo loqui dicit actionem verbi productiuam, vt prolatiuam. Antecedens nemo vel mediocriter eruditus ignorat: sæpe enim in Prophetis, & Euangelio dicitur: *Factum est Verbum Domini.* atque latina phrasî: *Verba facere pro loqui* vulgaris est. Probatur secundò: quia Verbum correlatum est ad loquentem, seu dicentem, vt et Patribus notabamus cert. 1. ergo Dicere Dei est aliquid respectiuum tenens se ex parte dicentis Patris, eiusque proprium. Confirmatur: quia Verbum non est verbum nisi Patris: sed ablata ratione producentis non minus esset Verbum Filij, & Spiritus S. quam Patris: cum æquè à tribus immanenter, & circuminfectiue habeatur, imò strictius à Filio, à quo realiter formaliter habetur: ergo in ratione loquendi inuoluitur Verbi productio à loquente. Confirmatur ad hominem contra Vasq. quia ex eo ait Patrem dicere Verbum, quia illud cognoscit in se ipso: sed similiter Spiritum S. ac se ipsum in se ipso cognoscit: ergo non minus se, ac Spiritum S. dicit, quam verbum: sicut ergo in ratione dictionis, & locutionis inuolui productionem per intellectum, quæ verbo dicendi, aut loquendi explicatius, quam verbo generandi denotatur: ac proinde solum Patrem, qui Filium ita producit, dicere, seu loqui. Constat inde loqui passiuum, seu dici eandem passiuam productionem per intellectum importare, esseque notionale Verbi, seu Filij, sicut actiue notionale est Patris, vt communiter docent Theologi apud Ruiz d. 6. sect. 1. n. 4. & sect. 3. Improprie autem obiecta ipsa representata dicuntur, sumpta dictione pro intelligence, vt n. 1.

4. Dico secundò. Toti Trinitati, ac creatoris Verbo suo loquitur Pater. Probatur: quia his omnibus loquitur, qui obiecta Verbo dicto representata per illud cognoscunt: sed obiecta verbo dicto representata tota Trinitas

Trinitas cognoscitur ergo Trinitati toti loquitur. Quod sibi loquitur Pater constat ex testimoniis datis August. 11. de Trinit. Anselmi, & Gregorij n. 2. neque opus est, ut audiens à loquente distinguatur, ut patet. Quod autem loquatur filio constat ex Ioann. 12. Sicut dixit mihi Pater, sic loquor. & cap. 3. de Filio: Quod audiuit, & vidit hoc testificatur. cap. 7. Sicut docuit me Pater hæc loquor. cap. 15. Que audiuit à Patre meo hæc nota feci vobis. psalm. 2. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu. ad quæ consentit Aug. tractat. 14. in Ioann. post med. & 54. circa fin. ait: Dixit ergo Pater Filio, sicut dedit vitam Filio; non quod nesciebat, vel non habebat, sed quo ipse Filius erat. ac rursus: Dixit veritati, quia genuit veritatem. & contra serm. Arrianor. cap. 12. post med: Si non per ipsum (Verbum) Pater inbet (Verbo) ut defendat de calo (per Incarnationem:] Non ergo Pater per suum Verbum inbet, aut aliud erit Verbum, per quod iubetur verbo. De Spiritu S. constat ex Ioann. 16. Non enim loquitur à semetipso, sed quæ audit loquitur. ac rursus: De meo accipiet, & annuntiabit vobis. vbi locutione impropria numeri primo loqui etiam Filium ad Spiritum S. quia ei spiratione communicat cognitionem ad ipsum Verbum terminatam, agnoscunt Patres citati d. 2. agentes de profectione Spiritus S. à Filio. Denique vniuersaliter loqui Patrem ad Trinitatem totam conspirant Patres citati d. 8. q. 1. ex illo Genes. 1. Factus est hominem. & Genes. 11. V. nite descendamus.

Huc remissimus solutionem ad Durandi, & Eunomij argumentum, quod, & plurium Arrianorum fuit apud Cyrilli. sic hæreticorum verba habent. Quia cum locutio, non nisi verbo fiat, aut per ipsum Filium, si Verbum verum est, loquitur Filio Pater; aut si hoc absurdum est, aliud est Verbum interius, atque naturale, quod ad Filium locutus est Pater. Respondet optimè Cyrillus alio verbo non egerit, ut ad ipsum, qui, ut Deus, & persona omnia, audiendi capax est, Pater loquitur; sed ipsomet loqui Patrem, & ipsum audire, non alio: sicut quævis Forma se ipsa tatis est, verb. gr. lumen, nec alio indiget, & ut illuminaretur, si illuminari ut quod posset. Cyrilli verba sunt: Habet enim Filius naturaliter perfectam paternæ voluntatis cognitionem, nec verbum expectat cum ipse sit verbum. A ratione obicitur ex nostra doctrina, Controu. de Sciētia Dei d. 3. quia, si Pater Trinitati toti loquitur Verbo obiecta per ipsum representata: ergo in Verbo, nec solum in se ipsis obiecta omnia cognoscunt, tanquam in medio contra ibi dicta. Nego consequentiam. Nihil enim Verbo manifestatur personis, quibus non loquitur ob indigentiam cognoscendi ex Patris locutione, ut rectè Augustinus recitatus n. 4. ex tract. 54. in Ioann. circa fin. sed ex necessitate loquendi in Patre, cuius locutio perfectio necessaria est: ea tamen necessarjō resultat auditio in ipso Verbo, & aliis omniscijs personis: non quod ex illo ad rursus secundo cognoscenda obiecta personæ ducantur, sed quod supposita perfectissima eorum cognitione cognoscant perfectissimam eorum omnium obiectiuam representationem, quæ in Verbo est: sicut in scientia formalem eorundem representationem recognoscunt, quia ex illa ad obiecta ipsius rursus cognoscenda, quasi regrediantur.

Quod autem ad creaturas Verbo suo loquatur, concors etiam Patrum sententia est ex illo: Omnia per ipsum facta sunt, Ioann. 1. & illo toties Genes. repetito: Dixitque Deus, Fiat lux: Fiat Firmamentum. Producat terra, & psalm. 33. Verbo Domini celi firmati sunt. & psalm. 48. Ipse dixit & facta sunt. & ex aliis similibus ad quæ Patres, & Interpretes videre, Aug. 1. de Genes. ad liter. cap. 3. lib. 2. cap. 6. contra serm. Arrianorum capite 12. & 13. 7. de Trinitate, capite 3. sub initio tractatus 21. in Ioann. longè ab initio Euthymi capite 16. in 14. Ioann. Origen. hom. 2. in varios col. 3. Athanas. orat. 3. contra Arrian. circa med. de decret. Nicænæ Synod. med. dialog. 3. de S. Trinit. contra Macedon. vers. fin. Nyssen. de Trinitate & aduentu Domini contra Iudæos col. 2. Nazianz. orat. 49. de fide vers. med. Cyrilli. Alex. 2. thesaur. vers. med. lib. 10. cap. 6. fin. lib. 12. capite 9. Philon. Carpat. col. 4. in cant. Anselm. 32. Monologij fine, & sequentibus, Glossa in locum citatum psalmi 148. R. P. Christoph. de Ortega, de Deo uno & Trino.

Hesitantur Scholastici omnes cum Magistro in r. d. 27. & in 2. d. 13. cap. Præterea, & cum S. Thom. 1. p. quæst. 34. art. 1. & 3. & 4. contra G. capite 13. post med. Verum locutio hæc ad creaturas, non intelligitur de exercita (quæ non nisi per illustrationem, seu reuelationem fit, & creaturæ rationali audiendi capaci externè productam) sed de re mota, & in actu primo, ut ex Patribus præcipuè Augustino poterit quisque notare. Circa ea tandem, quæ Verbo loquitur Pater, certum est intelligibilia omnia esse; quorum omnium Verbum, ut pote infinitum representatiuum est; tamen sine reali respectu ad illa, præsertim ad extrinseca, licet à nobis non sine respectu ad omnia cogitur, ut ex dictis d. 5. quæst. 1. certamine 3. satis liquet: quidquid oppositum inconsequenter doceat Ruiz disputatione 62. numero 9.



QVÆSTIO III.

An ratio imaginis notionalis sit, ac personalis Filio?

Nihil in titulo explicandum occurrit, ut directè Quæstioni respondeatur.

CERTAMEN I.

Filius personaliter imago ex Patribus, & Scriptura catholice probatur.

Drandus r. d. 28. q. 3. art. 2. docet imaginem improprie solum reperiri in diuinis, quare ita solum Filio conuenire. Eum autem erroris damnat Carehusian. q. 4. Temeritatis verò Ruiz d. 64. sect. 7. à n. 1. quia verba Scripturæ sine necessitate ad improprios sensus detorqueat. Secundò: quia à Patribus, & Scholasticis omnibus ex proprio iudicio nimium audax defecit. Tertio: quia rationi aduersatur, quæ ex Patribus, & Scholasticis monstrabitur Filium Patris imaginem strictè sumptam esse. Aureolus d. 27. p. 2. art. 3. (quem alij ignominati sequuntur) asseruit sine oppositione producentis, & producti imaginis proprie rationem esse in diuinis, ac præinde communem esse, non personalem adhuc Filij. Eadem temeritate, quæ Durandus laborat: cum eisdem Scripturæ, Patrum, & Conciliorum testimoniis, ac Theologorum consensui, & rationi ex Patribus efformandæ opponatur, quibus Durandus. Communis ergo Theologorum sententia docet imaginem proprie sumptam Filij propriam, ac personalem esse, ita Magister in r. d. 27. cap. 5. & 6. d. 28. fin. d. 31. pag. 3. quibus locis S. Bonau. Capreol. Ricardus, Carthusian. Ægyd. & Commentatores reliqui. Alex. 1. p. q. 61. m. 1. 2. & 3. art. 2. Albert. q. 35. m. 2. S. Thom. 1. p. q. 35. art. 1. & 2. vbi Caiet. & reliqui Interpretes, & 4. contra G. cap. 11. vbi Ferrara, Scotus cum suis in r. d. 10. q. vnic. ad 1. & d. 31. q. etiam vnic. Canarten. 1. p. q. 27. art. 2. p. 4. Valq. d. 145. Soar. 9. de Trinit. cap. 8. & 9. Ruiz d. 64. sect. 3. n. 1. & sect. 4. numero etiam reliquos antiquiores preferens, Becanus cap. 1. q. 4. Zúnniga d. 10. Granad. d. 11. sect. 5. Luis Torres d. 19. dub. 3. Martín Perez d. 15. sect. 3. Gaspar Hurtado, d. 7. dif. 10.

Probat ex Sap. 7. vbi de Filio dicitur: Speculum sine macula, imago hominatis illius. Ad Hebræ. 1. Figura substantiæ. 2. Cor. 4. Qui est imago Dei Coloss. 1. Imago Dei inuisibilis. Ad Roman. 8. Quos præcinit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filij sui. Clem. Roman. ep. ad Iacob. fratrem Domini circa med. Speculum, & caratibet, & imago viuens Patris viuentis. Thaumaturg. in regula fidei diuinitis per S. Ioannem accepta: Deus à Deo, figura, & imago Deitatis, verbum essentia. Athanas. de decret. Nicænæ A 2 2 Synod.

loco procedens concludit; *Facies* nomen Deo metapharicè, aptius tamen re signi significata Filio ellet, quam Spiritui, docent Patres ad ea Plalmi verba, licet rig dè de Dei scientia sit fermo, Athanas. de unita substantia Trinit. sine, Euthymius in eum locum, Gaudentius Brixiensis tract. 14. de missione Spiritus S. Cyrillus ipse, de Trinit. longè à principio ubi ad 14. Ioann. *Qui videt me, videt & Patrem meum.* ita habet: *Quod, quasi facies Dei, ac Patris, sit, docet facile Plalmi vno loco dicens: Quo à facie tua fugiam.* Alio autem loco in persona eorum, qui in illum crederent: *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Obligati enim sumus Spiritu sancto, per gratiam, ad effigiem, & similitudinem faciei Patris, hoc est Filij. Ac de extremo loco sic effatur 3. in Ioann. cap. 29. *Vultum enim Dei Patris Filium appellat, id est Patris caracterem: lumen verò illius gratiam Spiritus, quæ ad omnes penetrat creaturas: per quam ad Deum Fide conformamur, tanquam sigillo quodam ad Filium conformamur, qui Patris imago est.* Quibus satis expressit, quo sensu illud: *conformes fieri imaginis Filij sui.* per prædestinationem de imagine Spiritus S. intellexerint, ut de actiua, & impressa solùm, cum de expressa imagine, ac propria Patris Filium, tam his locis, quam 10. thesaur. cap. 4. & 3. in Ioann. cap. 29. vers. med. intellexerint, sicut, & Chrysost. hom. 15. col. 3. Origen. & Theodoret. Nyssen. item de Trinit. & aduentu Domini contra Iudæ. col. 1. Sic illud Prou. 8. legit, & expendit ex antiquorum lectione: *Cum pararet celum, aderam unâ cum eo: atque ego eram, quæ delineabatur: quotidie oblectabar facie eius. Quem igitur locum hoc habent si non in substantia, atque re vera facies erat? Denique Galat. 3. de arcana cap. 3. filium faciem Dei appellat, si ex Hebræorum traditionibus ostendit, quomodo, & puer ex recitatis Patribus illum compellant. Solum ergo his locutionibus de Spiritu S. licet improprie, eius cum Patre, & Filio consubstantialitatem volunt contra hæreticos eunice cre Patres. Verùm Athanas. epist. 2. ad Serap. post med. Patrem etiam imaginem videtur appellasse his verbis. *Quemadmodum in propria sua imagine est Filius in Patre, ita & Pater in Filio.* Sed vel imago sumitur abusivè pro exemplari, vt vult. S. Thom. vel illud, *quemadmodum, solùm cadit supra: est Filius in Patre, immanenter, & circuminseclue, ita, Pater in Filio.* Alio qui post particulam, ita, quæ re ponit particulam *quemadmodum, adiungit ad coherentiam, & lenium deberet: & Pater in propria sua imagine.* Sensus ergo est: *Quemadmodum Filius in propria sua imagine, id est in forma Dei existens, sicut Deus, est in Patre, ita &c. vt bene Ruiz exponit.**

7. Hanc eandem imaginis proprietatem in filio aliis nominibus Patres exponunt, nempe species nomine. Ambros. in symbol. Apostolor. cap. 1. med. *Eternitas est in Patre, species in imagine, virtus est in munere, & hæc tamen tria vnus est Deus.* Ad quæ Aug. de Trinit. cap. 10. *Imaginem speciem nominavit: credo propter pulchritudinem, ubi iam est tanta congruentia, & prima equalitas, & prima similitudo.* quo etiam vtuntur nomine Clemen. Alex. 1. Pædag. cap. 7. Hilar. de Synod. col. 6. ad can. 1. orient. Gregor. M. 5. Moral. cap. 25. ac Cyrill. in id Ioann. 5. *Pater testimonium perhibet de me; neque vocem eius numquam audistis, neque speciem eius vidistis, & Verbum eius non habetis in vobis manens, &c.* Athanas. seim. de Sanctissim. De ipsa specie pro specie dixit. *Vocem autem speciei, & caracteris, quæ frequens est etiam apud Patres recitatos, & sigillum ac imaginem, vt synonima contunxit ibidem sic effatur: *Caracterem, & speciem substantiæ eius, per quam ipse Pater exprimitur, & representatur.* Vt enim amulo signatorio species aliqua effigietur, quam, & imaginem expressam, & sigillum appellamus: nihilque quatenus ad suos pertinet, deficit ab exemplari, sicut itaque Filius, &c. & orat. 4. contra Ariarian. longè à principio sic proxima verba Ioann. 5. expendit: *Pulchre hic Verbum contunxit formæ, & palam faceret se esse Verbum Dei, & imaginem, & caracterem, & speciem sui Patris. Characteris verò, & sigilli vocabus eadem sententiam exprimitur desumptis ex Ioann. 6. 27. *Hinc Pater signavit Deus.* ad quæ Cyrill. 3. in Ioann. cap. 29. longè à princip. *Quoniam igitur diuina Scriptura testatur caracterem hypostaticos Dei Patris Filium esse, quia in ipsa, & ex ipsa est naturaliter, quo alio***

*caractere Pater Filium suum signavit? aut, *Ne Pater, quo alio caractere signatus est, ut Filium signare possit? & post pauca: Signatur ergo à Patre, qui ex substantia eius est Filius.* Naz. orat. 36. 4. de Theolog. ver. fin. *Filium caracterem, & purum Patris sigillum vocat.* Athanas. 8. de Trinit. longè à med. ad verba proxima Ioann. 6. cur sigillum dicatur sic edifferit: *Quia Omnem in se patris formæ plenitudinem significantis se Dei contineret: ut quod signasset Deus, non aliud ex se, quam formam Dei signantis asserret.* Naz. orat. 35. longè à med. n. 66. his vocibus splendoris nomen adiunxit, dicens: *splendorem, caracterem, & sigillum.* qua voce vitur etiam Synod. Alex. ep. citata ad Cyrill. & Cyri luc. p. 1. de recta fide ad Theod. col. 12. Ambros. proem. libri 2. de fide ad Gratian. *Imago, & splendor, & caracter dicitur Dei Filius, quia hæc incomprehensibilem, & inuestigabilem paternæ diuinitatem maiestatis in filio, & expressam similitudinem reuelant.* Splendoris autem, candoris, radij luminis, lucisque, ac similia vocabula Filio constat exhibita à Patribus hoc Cert. m. datis, aliisque relatis d. 2. à nobis, & à Ruiz d. 27. lect. 7. & d. 44. lect. 2. ex ad Hebræ. 1. Sap. 7. ex quo etiam *speculum* nominatur à Clemente Romano recitatio n. 2. atque aliis recitatis, quia sicut in speculo elucet cuiusque forma, sic Patris in Filio.*

CERTAMEN II.

Pro vera theologica Veritatis huius ratione notata.

EX minus penetrata imaginis multiplicis differètia à veritate, & Patribus temerè, atque in fide periculose aberravit Aureolus: frigidèq; ab Scholasticis pro Catholico dogmate certantibus impugnatur. Contendit enim ille imaginem non debere ab exemplari produci: quare diuinâ cognitionem proprie imaginè esse, licet ab exemplari, & obiecto nõ producatur, nec Filium, quia producit imaginem esse. Contra verò Theologi reliqui contendunt imaginè omnè à suo exemplari produci debere: ac proinde Filium solâ imaginem fore, quod de efficientia a diuina egredere probabunt, nisi in vna tantû imaginis species intentionalis verò motione eorû discursui non prodest, vt iam patebit ex dicendis. Vt ergo conclusio dogmatica solidè contra Aureolum proberur, imago vniuersim consideranda, ac speciatim diuidenda, ac definienda est. Vniuersim autem sic definitur: *Imago est alicuius representatio expressa, siue, vt Antiqui aiebant: similitudo expressa ad aliquid representandum.* Diuiditur autem primò in imaginem intentionalem, & realem. Intentionalis est, quæ per intellectû, seu intentionem immediatè, & proximè fit. vt cognitio obiecti & Verbum: vnde hæc intentionalis imago in formalem, & obiectiuam dissectatur. Formalis intentionalis est, quæ formaliter reddat cognoscenè obiectum, seu exemplar cuius est obiectiuam verò quæ obiectiuè solùm illius cognitioni inseruit. Imago autem purè, ac stricte realis est, quæ cû intentionalis nõ sit, sua physica entitate nata ad aliquid representandum, aptaque est, seu alicuius est representatio expressa. Hæc autem diuiditur in naturalem, & artificialem. Artificialis est: quæ arte fit, nimirum ex fide representandi exemplar, quare, & ex huius cognitione pronemans, Naturalis: quæ natura sua talis prodit, nullo artis, & intentionis seu finis interuentu, aut obtentu proprio. Vbi aduerte imaginem artificialem proprie, ac stricte imaginem esse, nec solùm analogicè, vt singularis contra omnes volebat Ruiz d. 64. lect. 1. n. 11. fundamentum nullo; quia hanc primùm imaginem dictam fuisse, atque inde reliquas imagines fuisse nominatas mihi dubium non est: imò, quia in imagine artificiali similitudo in figura præcipue est, Dei Filij figura substantiæ dicitur, iuxta S. Thom. infra recitandum, tribuente de suo nomen artificiali imagine naturali: sicut, & rationem imaginis tribuit.

2. His generatim præmissis, nota secundò: Imaginem intentionalem nullatenus debere ab eo, quod representat provenire, adhuc motione intentionali. Est contra Ruiz d. 64. lect. 2. non tamen contra eos, quos pro se re-

fert; Hi enim de aliis imaginibus loquuntur. Probatur conclusio: quia Verbum est imago intentionalis obiectiua essentiae, & communium: atqui ab eis, ut pote ipsi identificatis, neque motione intentionalis reali, nedum physica provenire potest: ergo de ratione imaginis intentionalis uniuersim non est à suo exemplari, quod repraesentat, cuiusque imago est prouenire. Maior probatur ex 1. ad Hebræ. *Figura substantiae.* Ad Colos. 1. *Imago Dei inuisibilis.* 2. Cor. 4. *Qui est imago Dei.* Sap. 7. *Speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis.* Hæc autem omnia, quorum dicitur hic imago Filius, essentia, & communia sunt. Secundò probatur ex Patribus. Thaumaturgus citata regula fidei. *Figura & imago Deitatis.* Athanas. lib. seu dialog. 3. de assumpt. hominis sæpe Filium *caractherem, & imaginem substantiae* vocat, & 5. de unita substantia Trinit. post med. ac dialog. 1. de S. Trinitate contra Anomæ pag. 5. *Filium imaginem hyposthasicos id est essentiae appellat iuxta Paulum, & dialog. 2. vers. med. Filium ipsius essentiae imaginem dixit Apostolus, qui inquit splendor est gloriæ & caracther hyposthasicos. Quæ caracther hyposthasicos nihil aliud est, quam essentiae imago.* Hilar. lib. de Syn. vers. med. *Imago, ait, Paternæ essentiae nata.* Chryl. 1. 3. fin. *Serm. de Trin. sub init. Significans scriptura unam esse imaginem Trinitatis, dicit: Et fecit Deus, hominem, secundum imaginem Dei fecit illum. Sicut, & Paulus clamat de Filio: qui cum sit splendor gloriæ, & caracther substantiæ. Et iterum: Qui est imago Dei inuisibilis.* Euieb. Cæ. ar. 4. demonstrat. Euangelicæ: *Solus Filius diuine nature in seipso ferat imaginem.* Neque licet respondere imaginem hic impropiè ab istis Patribus sumi, tua enim hac interpretatione, ac solutione ad Scripturæ, & Patrum testimonia, suum errorem Durandus facillè defendet.

3. Probatur secundò animaduersio nostra: quia de ratione imaginis, seu repræsentationis intentionalis, tam formalis, quam obiectiua non est procedere ab obiecto repræsentato cuius est imago. Alioqui, nec scientia diuina se ipsam repræsentaret formaliter: neque Verbum, seu Filius se ipsum repræsentaret obiectiue, neque sui tanquam obiecti, aut creaturarum, à quibus non penderet, aut procederet motiue, Verbum foret, contra omnium Scholasticorum consensum. Et ratio à priori est, quam dedimus sæpe, præcipuè controu. de scientia Dei: quia de ratione infinitæ, ac summæ repræsentationis, qualis diuina est, est esse formaliter repræsentationem in suo genere omnium repræsentabilium: cum autem scientia diuina, ac verbum sint, & formaliter, & obiectiue repræsentabilia: & scientia ipsa sui ipsius repræsentatio formalis, & imago erit, ac verbum etiam ipsum repræsentatio, & imago obiectiua sui ipsius: atqui à se ipsis nequeunt procedere: ergo de ratione imaginis, seu repræsentationis intentionalis non est procedere ab exemplari, seu ab eo, quod repræsentat. Huic autem doctrinæ nemo Patrum aduersatur, loquuntur enim de aliis imaginis speciebus, ut iam ostendam. Verum est de imagine intentionalis creata ab obiecto, vel substituto illius tandem procedere, sicut de quavis cognitione creata omnes docent; sed, sicut cognitionis increatæ rationem ab obiectis independentem, in ratione etiam repræsentationis, fatemur, ac verbum in ratione Verbis, & in ratione imaginis intentionalis (quæ in ea repræsentatione stat) independentem utrumque fatemur necesse est. Dices Arist. 6. Topicor. cap. 2. ante med. negare legi imaginem esse: *Nam imago, id est, cuius generatio per imitationem est.* Sed disparitate imaginis intentionalis creatæ, & increatæ nuper assignata soluitur. Verbum loquitur ibi Arist. non solum de imagine creatæ, sed de artificiali, quæ sola per imitationem est. Dices rursus diuinæ idææ similitudines intentionales rerum sunt, nec tamen imagines, quia res ab ipsis, non ipsæ à rebus procedunt. Atque idææ artificis ideo etiam non est domus faciendæ, imago, sed exemplar. Respondetur rerum, & domus possibile esse imagines, licet ab eis idææ diuinæ non procedant, quia eas in eo statu repræsentant, non autem existentium, quia in eo statu nondum pro eo signo sunt, nec repræsentantur. Instas denique: Imago dicitur ab imitando ex S. Thom. q. 22. ar. 7. arg. 3. & in 1. 2. d. 2. q. 1. art. 1.

corp. imitatio autem est ordo ad exemplar: ergo imago vera, & realis, cuiusmodi est intentionalis, realis ordo erit ad suum obiectum, seu exemplar, quod repræsentat. Sed dato omnem imaginem imitationem esse, quod solum de imagine artificiali verum propriè loquendo puto, quia ea primùm imago dicta est: imago omnem imitationem, seu imaginem dicere ordinem realem ad repræsentatum. Illum enim, sicut repræsentatum, ita neque imitatio requirit. Rectè enim Hilar. de Synod. ad Can. 1. oriental. solum ad imaginem requirit dissimilitudinem à repræsentato non habere. *Imago, inquit, omnis eius, ad quem coimaginatur species indifferens, seu non differens, ac dissimilis est.*

4. Nota tertio imaginem purè realem artificialem ab exemplaris cognitione realiter pendere, quare, & ab ipso exemplari, quod repræsentat. Res est indubitata. Cum enim imago huiusmodi ex fine, & intentione artificis repræsentandi exemplar, seu prototypum necessarid proueniat: atque hic finis neque intendi, neque executioni mandari potest, quin exemplar cog. oleatur, imago artificialis, sine exemplari, seu prototypi cognitione fieri minime poterit. Duo igitur habet realis artificialis imago, & à sui exemplaris, seu prototypi, quem refert, dependentiam, atque adæquatam similitudinem, quæ in accidentibus, seu qualitatibus, præsertim figura consistit, ut rectè animaduertebat S. Thom. recitatus n. 1. sine: Vnde cuiusque defectu imago realis artificialis nimirum, non erit, si vel ad amissum exemplar non referat, vel ab eius cognitione, & imitandi illud intentione non procedat, ut diximus. Ea propter, quæ casu alius similia sunt, alio autem sine arte facta, imagines esse illorum negamus: atque ea quæ figuram, lineamenta, & colores multum non referunt exemplaris, licet ex intentione imitandi illud, eiuque cognitione proueniant, ipsius imagines esse distinemus.

4. Nota quartò imaginem realem naturalem, quæ ad præsens attinet, debere à suo exemplari physice procedere. Ratio est: quia huiusmodi imago realis naturalis, de qua hic, solum inuenitur in filiis respectu parentum, qua talibus. In iis autem qua talibus necessario generatio, & processio vnus ab alio in fieri intercedit, in factio esse Filij supponitur. Secundò concors est Patrum sententia; Aug. quæst. 74. ex lib. 83. ait ideo vnum omnium alterius oui, quod colore, & figura ad amissum refert, imaginem non esse, quia ab ipso non procedit. & lib. quæstionum super Deuteronomium, questione 4. pluresque Patres recitatis cert. 1. Adde Ambros. 1. de sine ad Gratian. cap. 4. immediatè ante verba, quæ ex ipso eodem cap. dedimus cert. 1. n. 4. ad imaginis realis, nempe naturalis rationem requirit, quod sit egressa de Patre, egressa de fonte. Hilar. 7. de Trinit. col. antepenult: *quod imago, & proficit de Deum Patrem unigenitum Dei significet naturam, significet autem, ut forma, & imago, inuisibilis Dei.* lib. 9. col. 2. *Perfecta unitas perfectam imaginem declarat.* Repetit lib. de Synod. ad 3. & 7. can. oriental. Huius autem processions ad realem naturalem imaginem requisitæ defectu Cyril. Alex. 1. thesau. cap. 9. med. de Filio aiebat: *Non voluntatis diuine, sed ipsius Patris imaginem esse.* nempe realem naturalem. Intentionalis quippe voluntatis, & communium imago este idem de causa. Anselm. cap. 29. 30. 31. 60. & 61. similitudinem pro imagine usurpans (ut alij Patres, Scholastici solent) negabat *Et cum esse sui, spiritus s. & creaturarum similitudinem, quæ omnia de influxu physico potentia generatiua Patris certæ, ac perspicua sunt.* Noster autem Ruiz d. 64. sect. 2. n. 12. contendit etiam ab exemplari tanquam ab obiecto cognito debere imaginem realem naturalem procedere influxu obiectiua, nimirum, & intentionali.

6. Nota verò quindò contra ipsum, realem imaginem naturalem à Parentis, tanquam exemplaris, cognitione nullatenus pendere. Ita primarij Theologi citati ab ipso Ruiz ibidem. Probatur: quia exemplaria imaginis realis naturalis sunt Parentes, qui causæ naturales sunt suorum filiorum, quos sui omnino immemores naturali impetu generant (sæpe enim cum sui memores sunt, sui memoria, sicut, & oblitio impertinenter se habet, ut geniti sunt vel,

vel non sint naturales reales imagines ipsorum. Dices: sicut causæ naturales agunt propter finem, quia in eum ab autore naturæ aguntur, qui vnamquamque in suum effectum ex eius cognitione, & intentione agit: ita & ex sui naturalis exemplaris cognitione naturales causæ filiorum parentes agere dicuntur. Contra: quia causæ naturales non nisi improprie propter finem agere dicuntur, quia impetu, & exigentia effectuum in illos feruntur, sicut voluntas intentione, ac desiderio in finem trahitur; atque in eo impetu, & exigentia, neque leue est simulachrum cognitionis sui: unde neque improprie, & imitativè ex sui cognitione operari causæ naturales dici possunt. Probatur secundò: quia Filius æternus non procedit ex cognitione Patris, cuius tamen tanquàm exemplaris naturalis, est realis naturalis imago: ergo de ratione imaginis naturalis realis non est procedere à sui exemplaris cognitione. Negat antecedens Ruiz: quia cognitio Patris est ipsamet Filij processio. Contra: quia licet cognitio, qua Filius procedit, realiter Patris, sicut, & aliorum omnium cognoscibilium, cognitio sit: at qua cognitio Patris formaliter, processio Filij non est: cum è solius essentia cognitione Filij, & Verbum quarto modo dicendi per se procedat, vt d. 3. latè probabamus: sed qua processio Filij est productio imaginis realis naturalis Patris: ergo Filius, qua imago realis naturalis Patris non procedit ex cognitione Patris exemplaris.

7 Nota sextò: ad rationem propriam solius imaginis realis naturalis, qualis per generationem fit in filiis requiritur identitatem in natura, eoque strictiorem, quo perfectior generatio est, nemini aduersatur. Recentiores enim citati pro opposito à Ruiz sect. 1. n. 1. solum negant de ratione imaginis vniuersim esse identitatem in natura; & bene: quia intentionalis, & artificialis id non requirunt, vt patet: quare dum vniuersim Ruiz identitatem naturæ ad imaginem exposcit, errat, quia vel solam realem naturalem agnoscit, ac reliquas negat (vt expressè negat artificialem propriam imaginem esse n. 1.) vel pugnantia docet. Probatur conclusio notata ex Athanas. sæpe, præcipue quinque orationibus contra Arian. probante ex ratione imaginis Filij cum Patre consubstantialitatem. Hæc tantum dabo ex orat. 3. *Quis audebit caritatem alienam dicere ab hypostasi Patris? id est substantia. Naz. orat. 36. 4. de Theolog. vers. fin. Imago, ut eiusdem substantia cum Patre, & quia ex illo est; non autem ex hoc Patre. Hæc siquidem imaginis natura est, vt exemplar suum imitando referat, quamquam hæc in Filio, exemplar suum expressus refert: illic, in pictura, enim rei viue, ac motu prædictæ mortuæ, & motus expertæ imago est; hæc autem viue exemplaris viua quoque effigies, multoque minus à Patre differens, quam Seth ab Adamo, filijque omnis à parente suo. Basil. hom. 15. de fide med. Filius omnia est, quæ Pater est, secundum ipsius domini vocem dicens: Cuncta quæ habet Pater mea sunt. Reuera namque imaginis sunt omnia, quæ in prototypo, sive exemplari existunt. Vidimus, inquit Euangelium, gloriam eius, gloriam, quasi vniuersim à Patre, hoc est non ex munere, aut ex gratia, sed ex naturali communitate patriæ diuinitatis. & r. contra Eunom. longè à med. Imago viuens, imò ipsa vita, non figuræ similitudine, sed in ipsa substantia identitatem referens. Repetit 4. lib. post inir. & lib. 5. sub tit. 6. longè à med. & epist. 43. ad Nyssen. circa fin. Filium paternæ hypostaseos (id est substantiæ) formam, & caractèrem appellat. Cyrill. Alex. 1. de recta fide ad Theodos. ait filium esse imaginem subsistentem, sicut prototypum: quia nemini dubium esse potest imagines ita per omnia effectus esse debere, sicut ipsa prototypa. Ac r. thesaur. cap. 9. sub inir. Imago Patris Filius est: & in se ipso Patrem ostendit. Quæ vltas poterit in alia natura aliam inspicere.*

8 Ambros. de Incarnat. Dominicæ sacram. cap. vi. circa med. Si multi similes, cur solus Filius imago inuisibilis Dei dicitur, & caractèr substantiæ eius? nisi, quia in eo naturæ eiusdem unitas, & eius maiestatis expressio est. Alia enim secundum imitationem similitudo, nempe artificialis, alia secundum naturam. Atque in id ad Hebræos 1. Imago substantiæ dicitur, imaginem dixit, quod alio loco formam nominat. ubi ait: Quis cum in forma Dei esset. Forma videlicet, vel imago vnam delecta-

rat essentie equalitatem. & in cap. 22. Luc. 9. 2. sub inir. Solus Christus est plena imago Dei propter expressam in se paternæ claritudinis maiestatem. Repetit 1. de fide ad Gratian. cap. 4. Hilar. de Synod. col. 6. ad can. 1. orient. Imago itaque est rei ad rem coequandæ imaginata, & indiscreta similitudo. Est ergo Pater, est & Filius: quia imago Patris est Filius: & qui imago est, vt vere imago sit, speciem necesse est, & naturam, & essentiam, secundum quod imago est, in se habere authoris. Confirmat fufius ad can. 12. quem imitatur Epiphanius. hæref. 73. circa med. Concil. Ephesin. in 1. confess. fid. post med. Propter vnam, eandemque substantiam imago, & caractèr, splendorque gloria eius existens. Concil. Alex. ep. ad Cyrill. Alex. 10. inter huius epistolæ, approbataque ab Ephefino: Propter eandem, quam cum illo, Patre, habet essentiam, imago, & caractèr. Tandem S. Thom. q. 35. art. 1. corp. Non quecumque similitudo sufficit ad rationem imaginis, sed similitudo, quæ est in specie rei, vel saltem in aliquo signo speciei. Signum autem speciei in rebus corporeis maximè videtur esse figura; vt ideo Filius figura substantiæ dicatur, vt in eo, in quo diuersus est Filius hypostasim referat Patris de reliquo sibi consubstantialis. Ratio autem est facilis: quia agens naturale generatiuum, qua tale simile in natura producit: quare, quo perfectius est, ac generat, similitudinem in natura perfectiorem in filio ponet, vt satis multis ostendebamus d. 3. attingitque Naz. recitatus n. 1. Contendit autem Ruiz sect. 2. hanc similitudinem in natura vi processiois formaliter ponendam in filio, siue naturali imagine esse eo sensu quo reiectum à nobis est d. 3. cum de Verbi præ Spiritu S. filiatione ageremus. Licet alio sensu verum sit, vt processiois per generationem poni in filio similitudinem naturæ paternæ; quia realis processio, qua realiter ponitur, essentia sua cum similitudine Filij in natura ad Patrem connectatur.

CERTAMEN III.

Veritatis catholice ratio, & vindicatio.

1. **E**licitis de imaginis natura probatur facilè conclusio: imò iam est probata in notatis. Pro rudioribus tamen sic erit ratio instruenda. Sola filij persona procedit summè similis in natura diuino exemplari, ac principio suo, nempe Patri: atqui imago naturalis diuina illa solùm est, quæ summè similis diuino suo exemplari, ac principio procedit: ergo sola Filij persona est imago naturalis in diuinis. Prima propositio probata est d. 3. q. 2. vbi ostendimus Filium præ Spiritu S. Filium esse, quia ipse non autem Spiritus S. summè similis est suo principio, nempe Patri. Pater autem, atque essentia à nullo procedunt. Quare nihil, nisi Filius, summè similis suo principio in diuinis est: quod autem summa similitudo ad rationem imaginis naturalis in diuinis requiratur probatum manet cert. 1. n. 7. & 8. ac rursus probatur: quia si de ratione imaginis naturalis est similitudo identitatis in natura, de ratione summæ perfectæ imaginis naturalis, cuiusmodi diuina est, erit summa similitudo in natura. Porro de imagine naturali Filij solius ratio hæc solidior est aliis omnibus, quæ iuxta suas sententias de propria filiatione diuina afferunt Vasq. Soar. Ruiz & Thomistæ, imò hæc tantum solida est. Confirmatur: quia imago realis naturalis Patris idem prorsus, quod filiatio, est in diuinis: ac filiatio solùm competit Filio: ergo, & ipsi soli competit imago realis naturalis. Verum aduerte hac imaginis ratione solius Patris imaginem esse, sicut solius Patris Filius est.

2. Quoniam autem Patres de Filio etiam solam imaginem esse Deitatis, & communium afferunt, cum quibus identificatur, & à quibus tanquam à Patre, atque naturali exemplari non procedit: aliam imaginis rationem propriam Verbi ex enumeratis debemus assignare, atque filio propriam statuere. Ea autem est ratio imaginis intentionalis obiectiue, quæ est ipsamet ratio Verbi, & locutionis in facto esse, quam propriam esse Filij, ac secundæ personæ monstrauimus q. 2. Licet enim diuina essentia imago intentionalis sit omnium quæ suæ quæque

quaque ordine representat primariò, secundariò; aut non, vt Verbum, & locutio in facto esse: sicut eadem, eodem etiam ordine, obiectiùe representat Verbum: quia nec realem respectum dicit ad loquentem, quem Verbum, & locutio in facto esse dicit, vt docebamus q. 2. cert. 2. licet, quia imago intentionalis ab eo tanquam ab obiecto, & exemplari representatq. nec procedat actiùe, neque obiectiùe pendeat, vt ostendebamus cert. 2. n. 2. & 3. itaque Filius in quavis imaginis duplicis personalis, ac suæ propriæ, quam habet, respectum ad Patrem, seu primam personam dicit eundem realiter, diuersum tamen formaliter. Quia imago enim intentionalis obiectiua respicit Patrem, vt loquentem, & cognoscentem; proceditque formaliter per intellectum, & cognitionem: quia Filius verò respicit formaliter Patrem, vt generationis principium communicationis essentia: ad quod materialiter se habet processio per intellectum, sicut, & ad rationem Verbi processio, quæ sit essentia: secundæ communicationis.

3 Ex quibus constat vtramque imaginis rationem Verbi personalem, ac propriam relatiuam esse ad Patris personam. Alteram, nempe naturalem, tanquam ad exemplar quod solum modo refert; alteram verò, nempe intentionalem, tanquam ad loquentem, non autem tanquam ad exemplar, & obiectum representatum, quo omnis æquiuocatio argumentorum pro catholica veritate certantium Scholasticorum profusè est relegata, & quæstio implexa valde inter illos ad plenam lucem explicata. Altera verò etiam quæstio, quorum exemplarium sit Filius imago? profligata ex dictis etiam facile fuerit. Nam de naturali imagine solus Pater, vt dixi, exemplar erit. De intentionali verò primarium exemplar essentia sola, & cuius solius cognitione quarto modo dicendi per se Verbum procedit, vt d. 5. monstrabamus: secundaria verò Trinitas tota, etiam Filius, ac Verbum ipsum, vt cert. 2. n. 2. expressit Chrysost. atque Athanas. *Vna imago inuisibilis est Trinitatis.* aiebat primo de vnitæ deitate longè ab init. Insuper, & creaturæ omnes, in quouis statu, quorum omnium Verbum obiectiua representatio est, vt sæpe diximus. At inquires; ergo scientia diuina erit etiam propriè imago intentionalis in diuinis, nec solum Filius. Nihil admittet absurdum, qui consequentiam admittat, cum ratio imaginis duplex filio personalis, atque intenta à Patribus assignata iam fuerit. Sed negari facile potest. Cum enim prima imago, artificialis fuerit apud homines, ex quorum vsu ad imaginem diuinam nomina Deus assumpti: atque illa imago, & representatio obiectiua solum sit, ad formalem representationem imaginis vox translata, atque vfitata à Patribus, & Scriptura non fuit, quæ non per se, sed per accidens obiectiùe representat; neque actiùe procedit ad loquentem.

4 Obiicit Durand. De ratione imaginis est similitudo, quæ in personis est identitatis in essentia. Hæc autem vera, & realis esse in eis minime potest, imò neque realis imitatio, quæ etiam de ratione imaginis est: quia eiusdem ad se ipsum vera, & realis similitudo, aut imitatio esse non potest: ergo in diuinis vera, propria, ac realis imago esse nequit. Confirmatur: quia similitudo imaginis in diuinis non attenditur secundum personalia, & relatiua, sed secundum essentialia solum iuxta S. Thom. q. 35. corp. ex Aug. 5. de Trinit. cap. 6. fin. & lib. 6. cap. 4. post med. dicente: *æqualitatem, aut inæqualitatem in diuinis non attendi secundum relationes.* Confirmatur secundo: quia similitudo ad realem naturalem imaginem requisita in diuinis est identitatis in diuina, vt ex cert. 2. n. 7. & 8. clarè constat: personalia autem in diuina entitatem non habent. Vergeo ex Nyssen. lib. de differentia essentia: & hyposthaf. ver. fin. quia, si est Filius ad Patrem similitudo in hyposthaf, nec solum in essentia, vt sit Patris imago: ergo Filius debet esse Pater, & innascibilis. Respondetur: similitudo est identitatis naturæ, tanquam rationis fundandi, facti; tanquam extremorum relatorum, nego. Sic aiebat S. Thom. similitudinem attendi secundum essentialia, tanquam rationes fundandi. Augustini testimonium non est ad rem. Solum

enim vult personalitates non facere maius, aut minus in diuinis, quia non sunt magnitudines, seu perfectiones, vt supra ostendimus. Ad secundam confirmationem esse requisitam identitatem indiuiduam in natura ad similitudinem, non in personalibus. Ad argumentum Nysseni respondet ipse sibi, & Basil. epist. 43. pag. vlt. similitudinem esse in hyposthafibus, non tamen tanquam rationibus fundandi: quare non inferri Filium fore Patrem, aut innascibilem, sed habiturum esse eandem essentiam cum omni munere, quod in Patre est, atque personæ diuersæ ab illo absolute communicabile est: id est: secunditate ad aliam personam ad intra. Denique, vt hæc sophismata rideas, aduerte eis omnibus similitudinem impugnari, cum hæc sine similitudine in natura nequeat consistere.

QVÆSTIO III.

De propriis Spiritus Sancti.

Propria Spiritus Sancti numerantur. Primum Spiritus Sancti ratio. Secundum amoris formalitas aliqua. Tertium ratio doni. De quibus suo ordine disputandum erit.

CERTAMEN I.

Spiritus S. ratio propria, ac personalis est personæ tertiæ.

1. Spiritus vox primariò pro habitu respirationis usurpata est, vt notauit S. Thom. 4. contra G. cap. 23. init. Iob. 2. *Non remansit in eis Spiritus:* cap. 17. *Spiritus meus attenuabitur.* cap. 34. *Spiritus eius, & habitus eius ad se habet.* Vnde ad alia omnia, quæ halitus spiritum imitantur, significanda extensa vox fuit. Quia enim à corde habitus procedit, eiusque motum indicat, animi etiam motus, siue boni, siue mali, siue in differentes spiritus nominantur 1. Corint. 12. *Discretio spirituum.* 1. Ioan. 11. *Probate spiritus, an ex Deo sint?* Iesai. 11. *Spiritus sapientia: & intellectus.* 2. Corint. 3. *littera occidit, Spiritus autem uiuificat.* ac de prauis speciatim motibus 5. Numeror. *Spiritus Zelotypia: Iesai. 19. Dirumpetur Spiritus Egypti* cap. 29. *Misisti uobis Dominus spiritum soporis.* psalm. 75. *Aufer Spiritum Percipuum.* id est superbia: motum. Similiter: quia halitus aer est, aer etiam significado accommodatur, Genes. 8. Exod. 35. psalm. 10. 47. 106. 148. ac sæpius in Scriptura. Quia item halitus vitæ animalium indiuiduus est comes pro vita usurpatur Spiritus, Numeror. 27. Genes. 45. Iesai. 2. Denique quia halitus parum de materia habet, est que inuisibilis, solumque motu percipi potissimum potest, ad res incorporeas inuisibiles, quarumque effectus, & motus tantum in nobis experimur, nimirum spirituales substantias, significandas in primis Spiritus nomen aduocatur. De partialibus, vt animus Luc. 23. & psalm. 59. *In manus tuas commendo Spiritum meum.* & Ioan. 19. *In cruce capite tradidit Spiritum.* De totalibus sæpe in Euangelio cacodæmones immundi Spiritus appellantur: Angeli uerò psalm. 103. *Qui facit Angelos suos Spiritus.* atque ad Hebræ. 1. *Omnes sunt administratorij spiritus.* Quia uerò Deus incorporea, inuisibilis, excellentissima substantia est, cuiusque motu, & operatione uiuimus, & operamur, per antonomasiam spiritus appellatur Deus. Ioan. 4. *Spiritus est Deus* quæ de omnibus personis diuinis, ac singulis, quæ Deus sunt, ac de Trinitate tota intelligunt Athanas. q. 71. ad Antioch. post med. ac circa fin. & 4. de unitate Deitate contra Potentium circa med. & d. habita Laodicæ contra Arri. Inde etiam Spiritus S. diuinitatem probat Basil. 2. contra Eunom. circa med. ac lib. vico de Spiritu S. cap. 9. & 10. sub init. atque ex 2. Corinth.

2. Corinth. 3. & Threnor. 4. Anastas. Synod. 1. de rectis fid. dogmat. longè ab initio, Ricord. Victor. 6. de Trinit. cap. 19. in it. Cyril. Alex. 13. thes. cap. 1. vers. med. ex 8. ad Roman. Si quis Spiritum Christi non habet, & scilicet autem Christus in vobis est, colligit, quod Christum etiam Spiritum vocat. Epiphani. hærel. 76. & in ancorato Patrem, & filium Spiritum appellat. Irenæus & Ambrosius. 2. de Spiritu S. cap. 1. ex Math. 12. & Marci 13. de Blasphemia in Spiritu S.

2. Licet autem Spiritus, & sancti etiam ratio Deo, qua Deus est, ac proinde personis Trinitatis sit communis; tamen speciali aliqua significatione, acque ratione Spiritum S. tertiam personam notionaliter, ac personaliter esse catholicum Patrum dogma est. Hieronymus. in id ad Galat. 4. Misit Deus Spiritum filij sui, cum nobilibus expositionibus id deducit ex trina Spiritus repetitione in Psalmo 50. Spiritus principalis, qui est Patris. Spiritus relictus, ipsiusque & veritatis, qui est filij Spiritus S. vbi concludit: *Pater Spiritum S. aperit*, (indubitato claro, proprioque ipsius) nomine vocat. Expositioni consentiunt Isidorus. 7. & hymol. cap. 3. ante med. Bernard. ferm. 3. de Pentec. circa med. Arnob. Cassiodor. Haymo. & uterque Bruno in eum Pfam Hugo Victor. T. 3. eruditionis theologicæ sum. sentent. cap. 10. Ambrosius & Aug. ac denique Theodoret. dial. immutabiles 1. col. 3 sic habet: *Sancta scriptura Spiritum vocavit, & Patrem, & filium; id quod est divine nature incorporeum, & quod circumscripti non potest per hoc significari; Spiritum autem S. solum Spiritus hypostasis nominat, Patribus Theologi omnes subscribunt cum ipsis ab scriptura sacra edocti, quæ quoties tertiam personam distinctam personam ab aliis designat, & tangit Spiritum S. nomine, tanquam proprio, ac personali ipsius eam compellat, Math. vlt. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Ioann. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum sunt, Hinc Alaz. orat. 49. de fide col. 3. Quis Catholicorum ignorat Patrem verè esse Patrem, filium verè esse filium, Spiritum S. verè esse Spiritum S. Repetit sine recitaturque ab Ecclesia in officio Trinitatis. Chryl. tom. 3. de Spiritu sancto sub init. Dicitur Spiritus S. ista enim est prima, & propria appellatio, & ut evidentior habens intelligentiam, Spiritus S. naturam demonstrat. Synod. Antiochena profess. fid. propugnata ab Hilario, & catholica lib. de Synod. vers. med. Manifesta vique Patris, verè Patris, certaque Filij, verè filij notaque Spiritus S. hisque nominibus non simpliciter propositis, sed significatibus diligenter propriis, vnius cuiusque nominatorum substantiam, (hoc est substantiam) & ordinem, & gloriam. August. 11. de ciuit. cap. 10. sub init. Propria notione Spiritus S. dicitur.*

3. Cæterum cur Spiritus S. ratio, quæ vno sensu, cuique personarum diuinarum proprie conuenit, tertie personæ propria, ac personalis sit non satis solidè ab omnibus explicatur. Ambrosius. in Symbol. Apostolor. cap. 1. vers. fin. Aug. 5. de Trinit. cap. 11. circa fin. & lib. 15. cap. 19. circa fin. ferm. 38. de temp. col. 3. ait ideo sic dici quia communi nomine Patris, & Filij, à quibus communiter & indiuisè procedit quorumque communio est, debuit appellari consentit Isidorus. 7. Ethymolog. cap. 1. Mag. in 1. d. 10. cap. vlt. S. Bonau. & Ricard. art. 2. q. 3. Carthusian. q. 2. Alex. 1. p. q. 43. Albert. 9. 32. M. 2. ad 8. & 14. S. Thom. q. 27. à num. 4. corp. q. 36. art. 1. corpore vbi eius interpretet. Contra tamen: quia Pater, & filius plura proprie sunt v. g. Deus, sapiens, quæ tamen personaliter, ac notionaliter non est tertia Persona, licet sit eorum communio atque vniuersim communia Trinitati nulli personæ, vt propria competunt, sed vt summum appropriatiuè tribuuntur, vt q. 5. videbamus id circo S. Thom. q. 27. art. 4. & 7. contra q. cap. 19. & 23. ait proprie tertie personæ, ac notionaliter conuenire quia procedit per amorem, qui impulsus quidem est, ac ad amorem, qui sanctitas est nos impellit: quare Spiritum corporeum, qui impulsus etiam quidam, ac motus est, præ aliis personis imitatur iuxta illud Eccl. 1. Vbi erat impetus Spiritus illius grauebantur, & Ioann. 3. Spiritus vbi vult spirat, & vno R.P. Christoph. de Ortega, de Deo vno & Trino.

eem eius audis, & nescis unde venit, aut quo vadat. Ad Rom. 8. Qui Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Fauet huic rationi Chryl. hom. 3. de Spiritu S. ad illud Ioann. 7. Flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autem dicebat de Spiritu, &c. Dum hanc analogiam motus eundi, & redeundi in Spiritu S. obseruat. Verum amorem, qui sanctitas est, in nobis causare commune Trinitati est, neque tertie personæ proprium, sed solum appropriatum. Neque minus impulsus est essentialis amor, quàm notionalis: quare analogia ad illum, etiam est communis. Aliquis tandem à similitudine Spiritus accepti pro anima tertiam personam, quæ animam specialiter imitatur Spiritum notionaliter, & esse, & dici putaret. Fauereque posset illud 1. Cor. 2. Quæ sunt hominis nemo nouit nisi Spiritus hominis, qui est in eo: ita quæ sunt Dei nemo nouit nisi Spiritus Dei: Atque illud grauisimè, cuius non recordor, Patris Spiritum S. appellantis: animam animam, atque Spiritum nostri Spiritum. Sed nihil specialis analogiæ Spiritus S. præ aliis personis cum anima habet. Secundo analogia nominum notionalium ad insinuanda personalia toti vulgò fidelium habet esse ex rebus, quas personæ imitatur notissimis. Analogia verò Spiritus pro anima, & Spiritus S. ad animam ex rebus abditis valdeque à sentu remotis est.

4. Ratio ergo ex Analogia specialiter tertie personæ ad primarium, & notissimum vocis Spiritus significatum, nempe halitum petenda est. Quia ergo halitus, & respiratio vitalis animalium è rebus creatis apertissime personam tertiam, eiusque processionem nobis explicat, proprium respirationis, seu halitus nomen ad eam nobis significandam eleuatum est: quemadmodum ob rationem similem Patris, & Filij nomen ad duas alias personas nobis significandas tractatum ex creatis est: Probatum ratio ex Mat. h. 20. vbi Christus insuauit, & dixit, accipite Spiritum S. ad quæ Cyril. 9. in Ioann. cap. 4. 4. post med. sic ostendens hoc signo, quia quemadmodum ab ore humano corporaliter Spiritus humanus procedit, sic ex diuina substantia deitati conferuntur Spiritus, qui ab ea est, profunditur. Vide plures Patres ad hunc, & locum, & sententiam recitatos d. 2. q. 2. cert. 4. n. 3. probatur secundo ex psalmo 32. Verbo Domini calis firmati sunt, & Spiritu oris eius, &c. ad quem locum plures etiam Patres in eandem sententiam recitauimus ibidem. Adde Athanas. epist. 3. ad Serap. col. 2. Hec vntio halitus est filij, vt qui habet Spiritum dicit Christi bonus odor sumus. Basil. 5. contra Iulian. vers. med. lect. 13. in it. Nec filius, nec generatio, Deitatis proprium est, sed ex humana similitudine ductum: ex qua etiam Spiritum dictio traducta est. libro vnic. de Spiritu S. cap. 16. longè ab init. Nec Spiritu S. oris halitus est è partibus respiratoriis efflatus, sed Spiritus oris Dei Spiritus est veritatis. cap. 18. circa med. Spiritus S. non per generationem, vt filius à Patre, sed tanquam Spiritus oris eius Nyssen. orat. Catech. c. 2. in it. ex eadem similitudine Spiritus, seu halitus, tertiam personam nobis declarat. Cyril. Alex. 13. Thesau. c. 3. vers. med. Ex ipsa substantia Dei prodiens, sicut, & Spiritus, qui ex humano prodit ore. 2. Dialog. de Trinit. col. 5. Sanctum item Spiritum agnominamus ex Deo Patre per filium profundè naturaliter, & quasi in figura spirationis, quæ ex ore illius nobis designat substantiam, ac lib. 7. col. 3. Credimus esse, & existere substantialiter in Deo Spiritum ipsius, sicut & in homine humanum. Et quemadmodum si quis nobis Petrum, vel Ioannem nominaret simul significaret cum ipsis, & proprium illorum, & in illis Spiritum, & totius animæ in faceret significationem: eodem opinor modo de Patre, & Filio, Spiritu enim significatur cum utroque, & non, vt pars eius, sicut in homine intelligimus. Origen. hom. 2. in varios ad id Ioann. 1. In principio erat verbum; ut enim, qui loquitur in verbo, quod loquitur necessarias Spiritus profarita Deus Pater, & Filium suum genuit, & Spiritum suum per genitum filium producit. Ambrosius. 1. de Spiritu S. c. 10. circa med. cum procedit à Patre, & filio, non separatur à Patre, non separatur à filio. Quemadmodum enim separari potest à Patre, qui & Spiritus oris eius est: quod vtiq; & aternitatis indicium, & diuinitatis exprimit vnitatem. Est ergo, & manet semper quis oris est Spiritus, De Spiritu etiam S. halitus, & respirationis nomine, mentio sæpè in veteri testamento fit iuxta Patres. Iob. 27. Donec superest halitus in



me, & Spiritus Dei in naribus meis. iuxta Chrysof. serm. de S. vinit. sub init. Iob. 33. Spiritus Domini fecit me, & spiraculum omnipotentis viuificauit me. iuxta Cyril. Alex. cap. 2. contra Anubropomorphit. post med. ac. 12. in Ioann. cap. 56. 73. thes. cap. 3. post initium.

5 Seu iam ex halitus, seu respirationis, & Spiritus corporei natura, & formatione, analogia, & similitudo hæc tertie personæ ad ipsum clarificat. A corde enim, & cerebro, amoris nimirum, & cognitionis sententiæ sedibus, tanquam ab vnico principio halitus, seu Spiritus corporeus procedit; principaliter tamen à corde iuxta Arisl. de respirat. cap. 4. ac 3. de partibus animal. cap. 6. consentiente ex parte Galeno, & aliis apud Conimb. tract. de respirat. cap. 2. vt enim fusè S. Thom. opusc. 35. de motu cordis, In corde residet virtus Spirituum vitalium effectrix, quæ per pulsum & tractum perenni agitatione vitæ principium est. horum autem Spirituum pars à cerebri ventriculo denuò subtilius elaborata per nervos ad motus animales distribuitur: quare, & ad halitum, & respirationem. Sic Spiritus S. à Patre, & filio per voluntatem notionalem potentiam, intellectu proponente obiectum amandum, tanquam ab vnico principio procedit. Iusuper halitus per reciprocum impulsum à corde ad cerebrum, à cerebro ad cor, ac reliqua membra arteriarum dilatatione, & compressionem pulmonum ministerio inspirando, & respirando identidem ducitur, ac reducitur: sic etiam Spiritus sanctus reciprocus amor, seu impulsus affectiuus Patris, & filij est, sufficiens ad specialem, & notionalem ipsius cum halitu similitudinem iuxta Aug. 15. de Trinit. cap. 19. vers. fin. Ricard. Victor. 6. de Trinit. cap. 10. Magistrum & Scholasticos in 1. d. 10. cap. vult. Addit. Galen. 2. de motu muscular. fernel. 6. Physiofoph. cap. 28. motum, & impulsum respirationis, seu halitus voluntarium esse, quatenus cognitione aëris conuenientis, vel disconuenientis ad tempus aliquod, vel iteratur, vel omittitur; naturalem vero, ac necessarium, quatenus diutius sine illo duci vita nequit: sic Spiritus S. voluntariè, & spontaneè, & summi boni cognitione procedit; ac simul naturaliter, & necessariò. Item locutio exterior sine halitu, sic respiratione non est, neque verbum sine Spiritu S. esse potest. Iam respirationis halitus, vitæ communicationem, suauitatem, ac delectationem, cum conuenientis sanitati est, affert animalibus; calorèmq; à corde hauistum, & à cerebro temperatum membris impartiens, & potentiam: sic Spiritus S. teste Aug. 5. de Trinit. cap. 11. post med. est ineffabilis: quædam Patres, Filijque communio. ex 2. cor. vlt. fin. Communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Vnde Euphianus hæres 62. med. vinculum Trinitatis, illum appellat: sicut Alex. Aphrodis. 2. problemat. q. 63. halitum animæ, & corporis vinculum. Viuificationem inter Spiritus S. proprietates numerat Ricard. victor. proximè cap. 9. sine. Delectatio item, & suauitas est Trinitatis; imò, & rationalibus aliis creaturis, sicut & aliis animalibus halitus osculo, & similibus delectationem & momentum inducit. Vnde osculum, quod cant. 1. postulabat sponsa ab sponsi ore. Ecclesie sponse datum? Ioann. 20. cum Christus inflauit, & dixit: accipite Spiritum S. fusè docet Bernard. ferm. 8. in cant.

6 Cur autem sanctus notionaliter appelletur ea est ratio: quia per honestissimum amorem, honestissimum etiam notionalis amor procedit: amor autem sanctissimus est. Hinc Ambros. in symbol. Apostolor. cap. 1. post med. Dilectionem vtriusque genitoris, gentique sanctitatem, appellat. Sicut & Thaumaturg. in regula fidei cœlesti, Naz. orat. 25. in laud. Heron. Concil. Toleran. 11. profess. fid. ac Cyril. Alex. 13. thes. cap. 4. med. sic habet: Sanctus Spiritus dicitur, quia sanctissimus essentialiter est. Naturalis enim, & viuus, & subsistens Dei operatio est, quæ creaturas per suam participationem sanctificando perficit. Quibus verbis profundam attingit rationem: quia ex Dei internis operationibus; & personis nulla formaliter præter amorem, quo Spiritus procedit, & amorem productum, qui ipse Spiritus est, sancti-

tas formaliter est: ac proinde vtriusque huius amoris solum participatione formaliter creaturæ sanctificatur. Similia habet inferius, atque Ricard. 6. de Trinit. cap. 10. circa fin. Sedulo autem obseruat Athanas. longiori epist. ad Serapion. Personam tertiam Trinitatis nunquam in scriptura appellari Spiritum simpliciter, seu solitarie sine addito Dei, aut Patris, aut à me: hoc est ex Deo vel absque articulo, vel Christi, vel filij: aut, vt non adiungatur sanctus, aut paracletus, aut veritatis, hoc est filij, aut nisi est adiunctis proxime, vel ex scientia eorum, ad quos est sermo; intelligi possit de Spiritu S. loqui concluditque: Alioqui certe sine articulo 10, aut adiectionibus ceterarum notarum, nunquam Spiritus mundi vocabulum trahi potest: ad significationem sancti Spiritus. Cuius ratio est clara: quia Spiritus simpliciter prolatus pro primario suo significato supponetur, nempe halitu animalium.

CERTAMEN H.

Spiritus S. notionaliter est amor.

1 Licet amor communis perfectio sit, vt constat à c. 13. ad 17. Ioann. & Epist. 1. tota præsertim c. 4. Vnde Aug. 15. de Trinit. cap. 17. post init. tres personæ vnu esse charitatem asseruit, non trinam; tamen Spiritum S. notionaliter, ac personaliter amorem esse concordēs Patres omnes affirmant Aug. proximè, & cap. 19. 27. 28. Ambr. in symbol. Apostol. c. 1. post med. Concil. Tolet. 11. confess. fidei, Hyeon. in psalm. 17. init. Fulgent. q. 9. ad Ferrand. vers. fin. Prosper. lib. sententiarum ex Aug. sententia 37 1. dicens: Spiritus est Patris, & filij tanquam charitas substantiatis, & consubstantiatis. Greg. M. hom. 30. in Pentec. sub init. Ildor. 7. ethymol. c. 3. Anselm. cap. 48. & 49. monolog. Bernard. ferm. 8. in cant. ferm. 3. Pentec. Guimund. Archiep. Auerlan. confess. de S. Trinit. col. 2. Ricard. Victor. toto lib. 3. de Trinit. & lib. 5. à cap. 17. ad 23. & lib. 6. c. 10. & lib. declaration. ad Bernard. sine. Vnde Ecclesia de Spiritu S. canit: sans vinus, ignis, & charitas. Hoc ipsum voluit Cyril. & Concil. Tolet. 11. recitatis verbis cert. 1. n. 6. ac Naz. Thaumaturg. & Ambros. libidem citati dum sanctum notionaliter appellant, quia est in factò esse dilectio, & charitas, quæ sanctitas est. Aug. 6. de Trinit. cap. 5. init. Spiritum S. charitatem, dilectionem, communionem, & unitatem amorum, appellat. ac lib. 7. cap. 3. vers. fin. Spiritus S. siue summa charitas vtrumque coniungens. Similia habet locis proximè citatis ex is de Trinit. & de fide, & symbolo c. 9. post med. Pseudo Aug. tom. 9. c. 18. & Concil. Tolet. 11. confess. fid. simul ab vtriusque, (Patre & filio) processisse nominatur, quia charitas amorum agnoscitur. Hoc ipsum nominibus aliis Patres docent Aug. ferm. 38. de temp. col. 3. communio est Patris, & filij quibus familia ex ipso S. de Trinit. cap. 11. post med. recitabamus cert. 1. n. 5. vers. fin. ac 6. de Trinit. cap. 10. circa med. Alle ineffabilis quidem, complexus, non est sine perfusione, sine charitate.

2 Bernard. ferm. 8. in cant. post med. de Spiritu S. ait: Patris, & filij imperturbabilis pax sit, glutem firmum, indiuiduus amor, indiuisibilis unitas. ferm. 3. de Pentec. post init. firmissimum, & indissolubile vinculum Trinitatis. appellat. Sicut & Epiphani. hæres. 62. med. Naz. ferm. de Epiphani. quæ est orat. 39. in sancta lum. apud. S. Thom. opusc. 1. contra errores Græcorum c. 9. de Spiritu S. ait: Medius ingenitissimusque, quæ in nostris exemplaribus Amanuens. ac Typ. incuria non habentur. Ea autem ex Naz. mutatus videtur Damasc. 1. de fid. c. 18. med. scribens: Spiritus S. medius ingeniti, & geniti, & per se ipsum P. coniunctus. Epiphani. col. 7. Ancorati Spiritus S. in medio P. & filij, quomodo autem medius inter vtrumque sit, qui origine, ac proinde naturali, & debita enumeratione postremus est, nisi quia personaliter est amor nec tenens affectuosè vtrumque? Certè sic explicat S. Thom. citatus, & 1. p. q. 27. art. 1. ad 3. & Chirouæus ad locum Damasceni. Neque aliud de vtriusque nexus glutem, vinculum, amplexusque dici potest; nisi quia vtrumque affectuosè, vt pote notionalis, ac personalis amor, adnectit. Ex scriptura autem nihil pro hac veritate

itate habemus expressum, Aug. tamen tract. 7. in 1. ep. Ioann. ex cap. 4. illius eam probat, quia cum dixisset: *Charitas ex Deo est. Subdit: Deus charitas est.* Charitas autem, quæ Deus ex Deo est, non est nisi Spiritus S. unde statim subiunxit: *In hoc cognoscimus, quoniam in eo manemus, quoniam de Spiritu suo dedit nobis id est de charitate, quæ Spiritus S. Deus ex Deo procedens est, & clarius: Deus charitas est: qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo.* Consensit expositioni Gregor. hom. 30. de Pentec. sub init. Sed August. ipse 1. de gratia Christi cap. 21. & Concil. Mileuitan. cap. 4. sine magis ad contextum hæc omnia de creata charitate intelligunt: atque inde necessitatem gratiæ ad charitatis actum contra Pelagianos euincunt. Inducit ergo ibidem è re Ioannes discipulos ad charitatem ex eius nobilitate, quia Deus charitas est, ac nostræ author. Consonat illud ad Roman. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis, frigidius alij probant ex 1. ad Colos. Transit in regnum filij dilectionis sue. sed dilectio ibi pro Spiritu S. accipi nequit, ut acutè obseruat Aug. 15. de Trinit. cap. 19. circa finem, ne Filius Spiritus sancti dicatur. Est igitur hebraismus tantum valens, ac Filius dilectissimus.*

3. A ratione probatur: quia Filius, eo, quod per intellectiõnem procedit de eius nomine notionaliter, & est, & appellatur ab Scriptura, & Patribus, sapientia genita: ergo quia Spiritus S. per amorem procedit de illius nomine appellabitur, eiusque notionaliter, ac personaliter amor. Confirmatur: quia, sicut sapientia sumitur rectè in facto esse pro persona, & termino sapientie, seu intellectiõnis: ita etiam amor sumi in facto esse poterit, ac pro eius termino, nempe, pro persona Spiritus S. Confirmatur secundo: quia quævis operatio immanens diuina terminum immanentèr productum habere debet, quæ ipsam sapiat: quare sicut operatio intellectiõnis habet Verbum, in quo, sicut in imagine est intellecta res, sic, & amoris operatio quæ impulsus affectiuis quidam est in obiectum amatum, terminum habere debet, qui impulsus quidam affectiuis sit, atque impressio, quæ & amans ad obiectum amatum feratur, sitque proinde notionalis, ac personalis amor, atque ita appellatur. Dices: notionalia nomina nunquam sumentur communiter: ut patet in nomine verbi: ergo, nec nomina communia, ut amor, sumentur notionaliter. In primis argumentum hoc probat Filium dici posse sapientiam notionaliter, seu sapientiam genitam. Respondetur tamen negando consequentiam: disparitas est: quia notionalia dicuntur semper personalem aliquam proprietatem personæ, cuius sunt, ut patet in nomine Verbi, quæ in communibus non est: aut communia, licet de se personalem proprietatem non dicant, aut eam non negant, siue excludunt: quare ad personalia significanda apta de se sunt, trahique, & extendi possunt. Sed infans: amor è sua primaria significacione significat amorem communem: ergo absolute, & simpliciter nequit Spiritus S. dici amor: argumento Athanasij factum in nomine Spiritus simpliciter dicti, quod retulimus cert. 1. n. 6. sine, adiuncta nostra ratione ibidem data. Fateor vim argumenti: quare, nisi ex adiunctis intelligatur de notionali amore, siue in facto esse sumpto esse sermonem, simpliciter prolato amore Spiritus S. non intelligetur.

4. Oppones rursus: Spiritus S. amor dicitur Patris, & Filij: ergo poterunt dici amare se, & alia Spiritu S. quod si hoc admittas, cogeris admittere Patrem sapere sapientia genita, contra Patres & Theologos; sed de hoc fuse agendum est in propria sede, nempe d. 11. de comparatione personatum. Obiicias tandem: Amor, quia operatio diuina, terminum immanentem habere debet: ergo illius erit terminus, cuius operatio est amor: atqui amoris operatio Spiritus S. est, qui illo amat: ergo Spiritus S. erit terminus sui ipsius, tanquam principij, quod implicat. Distinguo antecedens primum: quia operatio diuina grammaticaliter terminum habet: nego antecedens: sic enim essentialis solum amor est, qui terminum non habet, quia operatio diuina notionalis, seu processio est, terminum habet: concedo antecedens:

R. P. Christoph. de Ortega, de Deo uno & Trino.

& distinguo consequens primum: Illius erit terminus, cuius operatio notionalis est amor, fateor; cuius est operatio grammaticaliter, nego adhuc suppositum: nempe operationis grammaticaliter terminum dari, seu esse, quod in prima consequentis parte supponitur. Subsumptum item distinguo. Amor operatio grammaticaliter est Spiritus S. quæ illo amat concedo; amoris operatio notionalis est Spiritus S. subdistinguo actiue nego; passiuè concedo. Et nego consequentiam: quid autem inter amorem, operationem grammaticalem, siue essentialem amorem, & amorem operationem notionalem inter, constat ex d. 3.

CERTAMEN III.

Ratio doni, siue esse donum personale Spiritus S. est.

1. D Vrand. in 1. d. 18. q. à n. 6. docet nihil diuinum propriè donari, sed solum, ut obiectum cognitionis, & amoris, vel, ut Rectorem: quo pacto æquè Pater, & Filius, imo essentia ipsa, atque Spiritus S. donantur. Communis tamen sententia reliquorum Theologorum est solum Spiritum S. propriè, & personaliter donum esse. Mag. in 1. d. 18. vbi S. Thom. q. 1. art. 1. & 2. S. Bonau. art. vnic. q. 4. & 5. Ricard. art. vnic. q. 1. & 2. Aureol. (licet malè reclamante Capreolo) art. 1. post med. & art. 2. proposit. 2. & 3. referens Erasmum quodam. 6. q. 7. Carthus. q. 1. referens Ægyd. Altisiodorens. Vdalricum, utrumque Guillelm. & Iulius q. 2. Argentina q. vnic. art. 1. & 2. Okam, & Gabr. art. 3. Maior q. vnic. conclus. 2. Capr. Scotus q. de hac re, quæ ab alijs ponitur inter reportata 1. sententiar. vbi ad 3. subobscure conclusionem nostram probat: nec aduerliatur d. 17. post q. 2. ad argumenta principalia col. penult. Henric. 2. p. art. 61. q. 8. Marsil. lib. 1. q. 21. art. 1. concl. 5. art. 3. dub. 3. Alex. 1. p. q. 64. m. 1. Albert. q. 36. m. 3. sine, & q. 32. m. 3. S. Thom. q. 38. art. 2. vbi Caiet. & reliqui interpretes, & Vals. d. 154. Soar. 11. de Trinit. cap. 4. Ruiz d. 75. Luis Torr. d. 22. dub. 2. Martin Peres de 18. sect. vlt. Gaspar Hurtad. d. 8. dif. 10. Probatur ex Ioannis 4. vbi aquæ viuæ nomine allegorico Spiritum S. significans Donum Dei appellauit Christus Dominus: *Si scires donum Dei, ut vult Athanas. de human. natur. suscepta, longè à principio, atque ex eodem loco iuncta allegoriæ eius declaratione Ioann. 7. Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.* Spiritum S. donum esse probat Aug. 15. de Trinit. cap. 19. Nec refert Cyrillum 2. in Ioann. cap. 82. & Chrysost. hom. 30. ad locum Ioann. 4. longè à med. eum locum de donis Dei creatis intelligere, ut Spiritus illa operans tantum sit, non Dei donum. Solum enim volunt ignis, & aquæ nomina, sub quorum allegoria Spiritus Dei donum esse declaratur, non ratione substantiæ suæ, sed pro varietate operationum ipsi adaptari; sic enim ait Chrysost. hom. 31. init. *Non enim ex differentibus constat substantiis, ergo donum ignis, & aquæ nominibus significatum, ac non constans diuersis substantiis; Spiritus S. est iuxta Chrysostomum.*

2. Probatur secundo ex Actor. 2. *Baptizetur unusquisque vestrum, & accipietis donum Spiritus S.* Tertio ex Actor. 8. vbi videns Simon, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus S. obtulit eis pecuniam cui Petrus. *Donum Dei existimasti pecunia possideri.* Quarto ex Ioann. 14. *Filius Paraclitum dabit vobis.* & ad Rom. 5. *Per Spiritum S. qui datus est nobis, quanquam duo hæc non nimis vrgent. ex Patribus Naz. orat. 37. de Theolog. 5. col. penult. n. 72. Quæcumque humiliter dicuntur, velut quod datur, mittatur, &c. Spiritus S. ad primam causam referri debet, ut, ex quo sit, ostendatur. Basil. contra Eunom. c. 7. Quomodo clamabit, Spiritus S. in te Abba Pater nisi donum verè à Filio sit, non possessio eius. Athanas. orat. 1. contra Ari. ait: *Donatio S. Spiritus, orat. 2. longè à m. Per quem, & à quo conuenit, erat Spiritus S. donari.**

B b 2 donari

donari nisi per Filium, cuius Spiritus est? infra: *Donator ille Spiritus Verbum. Orat. 3. longè ab init. Datorem Spiritus, quia Verbum Dei est. Cyril. Alex. 13. & 14. thesau. atque exposit. symboli Nicæni col. vii. ac sepius: Spiritum per Filium dari, donari, concedi ait. Ambros. in symbol. Apostolor. cap. 1. Spiritum S. munus appellat. Hilar. 2. de Trinit. la pissime munus, & donum Chrysof. tom. 2. serm. 2. in Penteco. st. longè à med: Spiritus Deus nostris fidelium spiritibus unitus est fraterno modo. Hoc donum est, quod nobis solis Deus dedit, qui in Christum credimus. Aug. 7. de Trinit. cap. 4. circa med. Spiritus S. propria significatione qua etiam donum Dei dicitur, nec Pater, nec Filius est. cap. 6. longè à med. Ad alterum singula dicuntur, sicut Verbum, quod non dicitur nisi filius aut donum, quod non dicitur nisi Spiritus S. lib. 15. cap. 17. circa med. Sic Pater Filium genuit, ut etiam de illo donum commune procederet. cap. autem 18. & 19. ac 1. de fide & symbol. cap. 9. post med. & serm. 38. de temp. fuisse probat: Spiritum S. propriè, ac personaliter esse donum quem ea in re imitantur Alcuin. 1. de Trinit. cap. 5. Hugo Etherian. 3. contra Græcos cap. 3. Isidor. 7. ethymol. cap. 3. à nœd. Spiritus S. ideo donum dicitur, eo quod datur. A dando enim donum est nuncupatum. & infra: Nullum maius est donum Dei, quam Spiritus S. Bernard. serm. 3. Penteco. st. longè ab init. Tanquam propriè Sanctus, quod sit donum Patris, & Filij. Denique Ecclesia in hymno: Donum Dei altissimi. Quibus adde recitanda ex Aug. 4. de Trinit. cap. 20. & lib. 5. cap. 11. cert. sequenti.*

3 Ratione probatur: quia Spiritus Sanctus solus notionaliter est amor productus in diuinis, potensque proprietate sua personali per amorem formalem produci, ac proficisci à suo principio: atqui amor primarij, seu primi doni rationem habet: ergo Spiritus S. qui & proprietate sua est amor notionalis, petitque per amorem produci sua proprietate personali, donum est. Dices amor, qui primum, seu primarium donum est, & ex quo reliqua doni rationem habent, quæ conferuntur, debet esse sine spe utilitatis inde capiendæ, intuitu remunerationis, & compensationis, ut docent Aristot. 4. Topic. cap. 4. post med. loco 50. Consultus in l. Donari Digest. de Donationibus & l. alia Donari, Digest. de regulis iuris, cap. 1. & cap. per tuas de Donationibus. Item Luca. 6. n. 35. & cap. 14. n. 12. Seneca passim libris de beneficiis. Vnde Philosophi, ac Theologi omnes docent amorem, qui primarium donum est, & reliqua, quæ donantur dona constituit, debere esse amicitia, seu benevolentia erga illum, cui donatur, non concupiscentia donantis erga se ipsum, atque liberalem, & gratuitum: atqui amor, quo procedit Spiritus S. liberalis, & gratuitus erga nos, respectu quorum donum Spiritus S. est, formaliter non est, sed necessarius, & erga essentiam diuinam ipsius donantis: ergo nec processione sua procedit amore, qui formaliter primum donum sit, neque amor notionalis est, quod sit donum; sed expectat ut sit donum formaliter amorem diuinum, ut est amor liberalis, & gratuitus erga nos, ex quo nobis donetur, ut rectè aiebat Isidor. 7. ethymol. cap. 3. medio his Verbis: *In tantum donum Dei est, in quantum datur eis, qui per eum diligunt Deum. Apud se autem Deus est; apud nos autem donum est, sed sempiternæ salutis. Quod si eum amorem formaliter expectat, ut talem, filius etiam donum Dei erit: cum ex eo etiam amore liberali, & gratuito erga nos donari nobis possit: imo, & de facto fuerit nobis donatus, Ioann. 13. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, & Ecclesie hymnus Eucharisticus ex Isai. 9. Nobis datus, nobis natus. Quin Patres hæretici Spiritus S. diuinitatem impugnantibus, quia est donum. Respondere debant id ipsius diuinitati non obesse: sicut, neque donum esse, Filij officit diuinitati. Sic Athanas. lib. de comm. essentia Patris, & Filij, & Spiritus S. vers. fin. 5. nos autem. Basil. lib. vnic. de Spiritu S. cap. 24. vers. fin. Ambros. 1. Spiritu S. cap. 5. sub init. & lib. 3. cap. 1. multis testimonijs probat eque datum, seu donatum esse Filium, atque Spiritum S. ergo ratio doni communis est etiam Filio, non personali, ac propria Spiritus Sancti.*

4 Respondetur amorem liberalem, & gratuitum formaliter requiri ad rationem doni, in actu secundo,

sue ad rationem donati. Ad rationem verò in actu primo solùm requiri eum amorem in actu primo siue aptitudinem rei, ut ex eo amore donetur. Hanc verò aptitudinem solus, & donis omnibus, Spiritus S. intrinsecam, posituam habet, qui intrinseca sua personalitate, & amor notionalis est, & amore formali, qui idem met formaliter gratuitus, & liberalis est, procedit. E suo enim principio, & primario obiecto, infinitus cum sit indubitanter, ut pote diuinus, nihil illi formalitatis accedit, cum ex hoc, vel illo fine, & mori, hoc vel illud obiectum prosequitur, ut controu. de Voluntate Dei ostendebamus. Filius autem, & reliqua creata dona, cum, nec amor notionalis sint, & neque amore natura sua procedant, solum habent aptitudinem extrinsecam à potestate donatoris, & non repugnantiam, ut ab eo donentur. Vnde Filius propriè datus, & donatus est: quia ea denominatio propriè ab extrinseco delimitur, donum autem propriè non est: quia doni ratio propria, in aptitudine positua, & intrinseca, ut donetur constituit, quæ in Filio non est, qui potius amore, quo Spiritus S. procedit, quasi retroacto, aptitudinem extrinsecam habet, ut donetur: quare, & doni rationem extrinsecam, ut bene docent Mag. in d. 18. à principio, S. Bonavent. q. 4. corp. S. Thom. q. 1. art. 2. ad 1. Ricard. art. vnic. q. 1. corp. & ad 2. Aug. 15. de Trinit. cap. 15. *Quia sic procedebat, Spiritus S. ut esset donabile, iam donum erat, & antea quam esset, cui daretur. Aliter enim intelligitur cum dicitur donum, aliter cum dicitur donatum. Nam donum potest esse, & antea quam detur. donatum autem, nisi datum fuerit nulla ratione dici potest. Et rursum: Sempiternæ Spiritus donum, temporali autem donatum. Quare Isidorus donum pro donato, seu pro dono in actu secundo viurpauit recitatis verbis: maxime cum ea ex Aug. 15. de Trinit. cap. 19. post med. delumpserit, ac proinde ex eius etiam sententia.*

5 Obicit tandem Patrem etiam vocari donum ab Athanas. de humana natura suscepta, & de communibus essent. Patris &c. post med. *Scriptum est. ex pl. 1. in 15. d. minus pars hereditatis mee. & 141. Portio mea in terra iherosolym. Jerem. 10. post med. Non est his similitudo pars iacob qui enim formauit omnia ipse est, nec est cur se nequeat communicare creatura, imo per habitationem gratia non minus datur, & habetur, quam Spiritus S. Ioann. 14. Pater meus diligit eum, & ad eum veniens, & mansionem apud eum faciemus. Item essentia communicatur Filio, & Spiritui quare, & eis donari apta est, & de facto donatur. Ergo non solus Spiritus Sanctus donum est in diuinis. Laxissime tamen donum dicitur Pater, nec proprius dicitur donum essentia: cum nulla persona potestatem dominij, seu originis in Patrem habeat, neque in essentiam cui identificantur omnes: donum autem realem dist. notionem ipsius à recipiente, & à donatore importat, ex Arist. 4. Topicor. cap. 4. post med. loco 50. ex dictis plurimum affinium quæstiuicularum decisio est proclama. Constat enim primò Spiritum Sanctum, qua non Deum præcisè, & formaliter donum esse, sed qua personam. Constat secundo Spiritum Sanctum esse donum, per quod creatis rationalibus omnia dantur dona, ut docuit Paul. ad Hebræ. 2. *constante Deo signis, & potentis, & varijs virtutibus, & Spiritus S. distributionibus. Et 1. Cor. 12. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus diuidens singulis prout vult. Ex quibus concessione docet Aug. 15. de Trinit. cap. 19. ante med. his: Per donum, quod est Spiritus S. in commune omnibus membris Christi multa dona que sunt, quibusque propria diuiduntur. Consentiant Mag. in 1. d. 18. S. Bonau. art. 1. Ricard. q. 5. Carthus. q. 1. S. Thom. q. 1. art. 3. & 1. p. q. 38. art. 2. corp. fin. Henricus citato art. 61. q. 9. quod non solum appropriatiue ipsi competit, sed, quia primum donum est, & reliquorum exemplar. Et quia, sicut Verbum, per quod imperat Pater, ut omnia fiant peculiariter circa creata efficienda se gerit, ita, quia per amorem, quo amor productus, seu in facto esse, nempe Spiritus S. procedit, reliqua donat, imo, & ab Spiritu Sancto, qui amor productus est, quasi in actu primo obiectiue ad ea donanda sollicitus, Spiritus Sanctus peculiariter circa donum reliquorum erogationem negotiari censetur.**

CERTAMEN IV.

Contra rationem doni Spiritus S. obiectiones
ceteræ solute.

Hactenus opposita, non esse in Spiritu S. solum rationem doni contendebant: quare nec esse illius propriam: nunc aliqua, neque in illo proprie esse contendunt. Primum: quia donum subiectionem dicit donatori, & recipienti, à quibus debent, vt à dominis possideri. Ergo Spiritus S. vel donum, vel Deus non est. Vnde Chrylost. hom. 3. de Spiritu S. circa med. hereticos carpit, quod Spiritum, nec solum eius gratiam, donum appellent, concluditque: *Aliud est Spiritus S. & aliud donum: aliud Rex, & aliud donum Regis.* Respondetur negando absolute antecedens, licet in donis creatis sit verum, in increato enim dono solum dicit potestatem originis in donante, in recipiente liberum vsum creaturæ, in fruitione Spiritus S. ac in ipsius obsequium, æque in eo ritulum speciale præbendi auxilia gratiæ recipienti, & gloriam ex promissione, si bene eo dono utatur. Chrylost. sensu, quem in hereticis carpebat, obiectæ nimirum seruitutis, Spiritum S. donum esse negabat. Sed infas, est donum increatum non dicit dominium donatoris in ipsum, saltem dicit distinctionem doni à donatore: at hanc non dicit ratio doni, quæ in Spiritu S. inuenitur: ergo ratio propria doni in eo non est. Minor probatur: quia lui ipsius, à quo non distinguitur donator æque, ac Pater, & Filius Spiritus S. est, vt ait Aug. 15. de Trinit. cap. 19. longè à med. Scribens: *Quæ, quia illi dant, ipse datur, ideo minor est illis. Ita enim datur, sicut donum Dei, vt etiam se ipsum det, sicut Deus. Non enim dici potest non esse sua potestatis, de quo dictum est: Spiritus ubi vult spirat: & illud apostolicum quo iam supra commemoravi: Omnia hæc operatur vnus, atque idem Spiritus diuinus propria vnicuique, prout vult. Nego minorem, & probationem quæ Augustini non est. Solum enim vult Spiritum S. non donari de facto, obiecto modo, ad voluntatis alienæ, ac dominantis arbitrium, cum eius, ac donatoris voluntas, & actio, quæ datur communis, concorsque sit, vt ex recitatis verbis constat, & clarius ex immediate sequentibus: Non est illi conditio dati, & dominatio danti, sed concordia dati, & danti.*

2 Oppones rursus: Spiritus S. personaliter adæquate constituitur spiratione passiuæ: at ratio doni spiratio passiuæ non est: ergo ratio doni extra personalem constitutionem Spiritus S. est: ac proinde Spiritus S. personalis non est. Negat mai. Ruiz d. 75. sect. 4. n. 1. quia sunt plures formalitates in adæquate constituentes, si seorsim lumantur, Spiritus S. personam. Ergo verò eodem gradu primario, vel secundario, præsertim primario intrinseco, vnica solum, & indiuisibilem formalitatem constituentem personam quamvis diuinam recognosco: neque eam in Spiritu esse puto spirationem passiuam, sed personalitatem singularem, & absolutam, vt supra dicebam. Sed quidquid de hoc sit ad præsentem difficultatem: Negari facilius posset minor: quia neque Spiritum, seu habitum notionalem diuinum intelligo, quin amorem productum per formalem amorem intelligam, neque eiusmodi amoris notionalis productionem per amorem formalem, quin doni rationem concipiam, vt patet ex dictis cert. 3. quare neque donum sine passiuæ Spiritus S. processionem, imo non ex meo concipiendi modo, sed ex lententia Augustini loquor 4. de Trinit. cap. 20. post med. *Spiritus S. donum Dei esse est à Patre procedens: ex quo etiam Mag. d. 18. citat. cap. Donum verò, ita concludit, Spiritus S. eo donum est, quo procedit à Patre, & Filius: sicut Filius eo est à Patre, quo natus est ab eo.* Et post pauca: *Eo dicitur Spiritus, quo donum: & eo donum, quo procedens.* Verum quidem est eandem formalitatem realem, & intrinsecam personæ indiuisim plura saltem fundamentaliter respicientem, explicatam in ordine ad vnum significari vno nomine quam in ordine ad aliud, vt recitè aiebat Aug. 5. de Trinit. cap. 11. post med. his verbis: *Ipsa relatio non appa-*

ret in hoc nomine Spiritus Sanctus, apparet autem cum dicitur, Donum Dei. Ex quibus etiam falsitas illius minoris apparet.

3 Obiicit: Donum, ex Arist. vbi proximè relatum est ad recipientem, nec solum ad donatorem: at Spiritus S. re vera recipientis, seu recipientium respectus non est: ergo neque re vera, ac proprie donum erit. Minor probatur: quia non respicit Patrem, & Filium tanquam recipientes, tum quia ipsi donatores solum sunt ratione potestatis originariæ: idem autem doni eiusdem nequit esse donator, & recipientis, ab Spiritu vero Sancto nequeunt ipsum recipere Pater, & Filius, cum à se Spiritus nec procedat, nec doneatur. Tum etiam: quia iam plures relationes, quam Theologia admittit in diuinis personis, ad diuinas personas, admittentur. Adde, Spiritum S. non dari personis aliis diuinis, tanquam recipientibus, neque ita illas recipere, est doctrina Aug. 5. de Trinit. cap. 12. & 15. ac 14. vbi circa med. ait: *Quod datum est ad eum, qui dedit, refertur, & ad eos, quibus dedit. Itaque Spiritus S. non tantum Patris, & Filij, qui dederunt, sed etiam noster dicitur, qui accepimus.* Repetit 15. de Trinit. longè à med. æque ad rem eandem clarius subiungit: *Apud se autem Deus est, & si nemine datur: quia Deus erat Patri, & Filio coæternus, ante quam cuiquam daretur. Quæ mutuari sunt Isidorus supra. Alcuin. de Trinit. cap. 5. fin. & Hugo Aetherian. 3. contra Græcos cap. 3. Consentiantque Theologi omnes cum Magistro supra. Sed queritur. Sed neque potest re vera respicere creaturas recipientes, seu receptiuas, tum, quia Spiritus S. maioris necessitatis, quam illæ non essent, tum etiam quia in Spiritu S. relatio alia, quam originis, in diuinis personis Theologia, & Patres non agnoscant: idcirco Spiritum S. nullatenus re ipsa creaturas, adhuc transcendentaliter, respicere docent S. Thom. in 1. d. 18. art. 1. ad 1. Clarius Capreol. q. vnic. circa fin. Ricard. art. vnic. q. 2. corpore, & ad argumenta. Okam. q. vnic. col. penult. Henricus 2. p. art. 61. q. 8. ad 2. Ruiz. sect. 3. num. 13. Gaspar Hurtado supra. Nec dissentiant S. Bonau. ibi art. 1. q. 5. Aureol. art. 3. proposit. 2. & 3. Solum enim volunt in persona Spiritus S. relationem secundum dici ad creaturas esse.*

4 Respondetur donum non dicere realem relationem ad recipientem, sed solum fundamentalem, seu fundamentum reale, ac non chimericum, vt ratio relationem concipiat, ac relatione explicet, ac sine illa doni rationem explicare nequeat. Neque aliud voluit Arist. eum dixit citato loco *Donum, alicuius, & alicui dicitur.* Quod ratione relationis dominij, quæ formaliter rationis est in creatis donis, quæ sola nouit Arist. verum habet, Solum enim requiritur in dono distinctio à recipiente, respectus autem realis superadditus, & intrinsecus, qui, vel eius existentia, vel possibilitate compleatur, vel in dono increato resultet, minime gentium. Solum enim dicit positiuam intrinsecam aptitudinem, vt de se doneatur, licet non sit, ac deficiat decipiens, vt sapienter aiebat Aug. recitatus cert. 3. n. 4. sub finem. Nec mirum est ita de diuina persona philosophari nos, qui intrinsecam omni potentie virtutem à creaturis adhuc possibilibus absolutam realiter esse volumus. Denique obicere aliquis posset. Missio nõ est proprietates personalis: tum, quia aliquid extrinsecum ad sui complementum requirit, tum, quia duplici competit personæ missio, & missibilitas: atqui donum in diuinis extrinseca donatione completur, quæ passiuè, Filio etiam competit, imo & donabilitas, seu ratio doni in actu primo: cum nihil actu doneatur, quod donabile non sit: ergo ratio doni personalis Spiritus S. non est. Respondetur à missione, quæ formaliter completur creata actione, ad donum non esse paritatem; quia donatione formaliter in ratione doni non completur, sed illam tanquam actum secundum habet. Sed neque illud de missibilitate probat: quia missibilitas communis duobus extrinseca est à possibilitate missionis, intrinseca autem sola voce communis est: aptitudo enim positiuæ, & intrinseca cuiusque personæ, vt mittatur ab eius personalitate non differt, in qua, vt dixi, nulla est ex parte rei obiectæ conuenien-

tia: atque in Spiritu S. idem est, quod ratio doni: Tunc enim donatur, cum mittitur; in Filio autem sola extrinseca donabilitas, ac ratio doni est, ut supra docebamur.



QVÆSTIO V.

De appropriatis cuique Personarum Trinitatis.



PATER hæc, quæ personarum propria, ac personalia sunt, alia Patres, & Theologi, licet communia, vni potius, quam alteri personæ attribuunt, quæ proinde appropriata personarum appellantur. Nonnumquam autem, & propria, ac proprietates, largè acceptis vocibus, dicuntur ab Aug. 6. de Trinit. cap. 10. Leone serm. 2. Pentec. Ricard. opusc. de appropriatis, Magistro in r. d. 38. cap. non est. & cap. propria. Horum igitur rationes, materia, & numerus disquiruntur.

CERTAMEN I.

Appropriationis communium rationes, & materia assignantur.

CUM plura communia vni personæ præ alia ab Scriptura, & Patribus appropriantur: idque non sine conuenientia factum credamus: facti rationes inuestigandæ vniuersim primò sunt. Harum primam dedit Leo M. serm. 2. de Pentec. cap. 2. fin. his verbis: *Ut per proprietatem vocis, aut operis insinuatur nobis veritas Trinitatis, & diuidat intellectus, quod distinguit auditus. ac statim cap. 3. Ob hoc enim quedam siue sub Patris, siue sub Filij, siue sub Spiritus S. appellatione promuntur: ut confessio credentium in Trinitate non erret, quæ cum sit inseparabilis, nusquam intelligeretur esse Trinitas, si semper inseparabiliter diceretur. clarius: quia cum personalia, atque pluralitas personarum faciliora cognita à nobis sint, quam communia, siue intrinseca, siue extrinseca: quoties alicui personæ speciale commune attribuitur, ostenditur aliquid speciale in illa esse, quod non in aliis: ac proinde illius proprietates, atque ab aliis distinctio clarius insinuantur. Ad hoc autem opus est, ut inter commune appropriatum, & personale personæ, cui appropriatur, similitudo, ac conuenientia specialis intercedat: ut notabat Ricard. opusc. de tribus appropriatis, potentia, sapientia, & bonitate, cap. 2. sub init. Verba eius accipe: *In his tribus forma quedam, & imago summa Trinitatis exprimitur: ut inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta, conspiciantur. Quæ igitur sunt in Trinitate ista, respondent his, quæ sunt in Trinitate illa: similia similibus, propria, appropriata propriis, singula singulis. Repetit 6. de Trinit. cap. 15. atque ex eo rationem desumunt Theologi omnes cum Magistro locis citatis, & S. Thom. 1. p. 39. art. 7. Albert. q. 48. & 49. Alex. q. 67. S. Bonau. in 1. d. 31. art. 2. q. 3.**

2. Aliam rationem tradunt S. Thom. proxime corp. Albert. q. 48. init. & 50. m. 1. Alex. q. 67. m. 3. art. 1. corp. & Scholastici reliqui in 1. d. 34. cap. *id ergo. quæ viam dissimilitudinis, remotionem, recessum, atque obuiationem erroris appellant. Est autem cum appropriatione prædicati communis præcauetur imperfectio cum illo impossibilis, quæ ex nomine proprio personæ affigi ab imperitis posset. Hanc rationem Augustini esse Scholastici putant, cum tamen ne diligentissimus Ruiz eam in ipso reperire potuerit: vtriusque rationis exempla dabimus cert. 2. Hic doctè obseruant S. Bonau. d. 34. art. 1. q. 3. ad 2. Henric. 2. p. summ. art. 72. q. 2. Ruiz d. 82. sect. 1. n. 8. Appropriationem, licet naturalem similitudinem inter appropriatum, & personam requirat, iuxta primam rationem, voluntariam potius, quam na-*

turalem esse: quia, cum tam prædicati cuiusvis communis, quam cuiusvis personalis proprietatis considerationes plures, ac diuersæ inueniantur, secundum vnam vni similes erunt; secundum aliam verò alij: quare de se, naturæque sua commune prædicatum pluribus personis, & eidem personæ plura prædicata communia poterunt appropriari. Ergo huius potius prædicati communis, quam alterius, ad hanc potius, quam ad illam appropriatio, licet fundamentum similitudinis naturalis inter vtrumque requirat, voluntaria tandem pro data occasione Doctoribus, Patribusque præsertim, ac libera fuit. Quæ ratio tantillum extensa, & ad terminos diuersos applicata de via secunda appropriationis, per dissimilitudinem, ac recessum, voluntariam, & liberam esse æqua efficacia, licet non æqua latitudine materie, suadet. Neque enim in tot attributis erroris correctiuum, tam facile apparebit.

3. Circa appropriationis materiam quid dicendum sit constat ex dictis. Etenim (si vera sunt, quæ hæcenus cum omnibus Theologis docebamur) dicendum est omnia, & singula prædicata diuina communia posse personis appropriari: ac proinde, & aptam materiam appropriationis esse: quare, & essentiam, & attributa, & operationes, etiam communes, ab appropriationis materia excludi non posse, quidquid oppositum de essentia indicet S. Thom. 1. p. q. 39. art. 8. Licet enim essentia, & Deitas nominibus abstractis significata minus apta, quam alia communia appropriationi videantur tamen, tam ipsa, quam communia reliqua attributa, & operationes communes cum personis similitudinem habent. De Deitate probatur: quia in hac inuenitur ratio essendi à se causaliter, seu non ab alio, in qua Patris innascibilitatem refert personalem, qua à se personaliter originari est, ac non ab alio: quare, & Dei nomine absolute prolato Pater intelligitur. Vnitatis item, quæ numeri principium est, Patrem etiam Trinitatis principium imitatur, ut supra docebamur. Reliqua verò attributa, atque operationes, tam ad intra, quam ad extra faciliem ad personas accommodationem habent. De operationibus intellectus, & voluntatis, qua ratione prima Filio, secunda Spiritui Sancto appropriantur distimus supra, quare de aliis operationibus ad extra, & attributis hæc dicemus.

CERTAMEN II.

Potentia Patri, Sapientia Filio, Bonitas Spiritui Sancto appropriantur.

A Billardus reclarus, & refutatus à Bernardo episc. Brixien. apud Ottonem Frisingensem 1. de gestis Federici cap. 49. docuerunt potentiam Patris appropriatum non esse, sed proprietatem: quia filio *semi-potentiam*, id est discendi potestatem, Spiritui S. *nullam potentiam* seu benignitatem solum concedebant. Katolica tamen veritas est potentiam Patris proprietatem non esse, sed attributum commune, quod tamen per appropriationem ipsi conueniat. Marci 14. *Pater, omnia tibi possibilia sunt.* ad Timot. 6. *Quem (Christum) suis temporibus ostendat Beatus, & solus potens Rex Regum.* quæ de patre sine aliorum absoluta exclusionem intelligunt Euarist. Pap. episc. ad omnes Episc. African. col. 2. Chrysostr. 1. ad Timot. hom. 18. col. 2. Ambrosius 5. de fide ad Gratian. cap. 1. Athanas. dial. contra Macedon. vers. med. dial. 3. med. atque Ecclesia Deum Patrem per Filium Iesum Christum orans sæpe incipit: *Omnipotens sempiternus Deus.* Ratio autem via similitudinis est: quia potentia in creatis est omni effectu prior natura, sicut Pater reliquis personis est origine prior. Item, & prior est maiori vniuersalitate operatione quavis, quare, & potentia prior maiori vniuersalitate, quam sapientia, & bonitas, siue amor: cum potentia sine cognitione, & vtraque fine amore dari queat: quæ etiam prioritas originis in Patre indicatur.

latis. Via etiam recessus ratio est facilis cum enim personale Patris nomen grandævorem sonet, ne proinde rudes languidiorem aliis personis, imbecilliorisque virtutis eum iudicent potentie appropriatione cautum est.

2. Filio autem sapientia appropriatur Proverb. 8. *Ego iam concepta eram. ac rursus: ante omnes colles ego parturiebar.* Eccles. 24. *Ego ex ore altissimi prodii.* Quibus sapientia de filio loquitur, ut intelligunt Patres plures recitati d. 2. item 1. Corint. 2. *Christus Dei sapientia*, dicitur, Iacob. frater Domini apud Clementem Roman. 8. constitutionum Apostolicar. cap. 12. sub init. *Verbum Deum; sapientiam viventem*, Repetit. cap. 36. Irenæ. lib. 4. cap. 37. *Adest ei verbum; & sapientia filius.* Thaumaturgus, regula coelesti fidei: *Pater vivens, sapientie subsistentis.* ac ferè ita: *Verbum efficax sapientie constitutionis rerum universarum.* Athanas. sæpè orat. 2. contra Arrian. longè à princip. & 3. vers. med. & d. Nicæna contra Arrium post med. Nyssen. orat. Catech. cap. 5. sub init. epist. contra Apollinar. de imagine & similitudine longè à med. Naz. orat. 49. de fide post med. Basil. 4. contra Iunom. med. Hilar. 12. de Trinit. col. antepenult. Theophilact. in cap. 1. Ioan. post init. inferunt Deum Patrem ab Arrianis Deum Patrem insipientem constitui, dum verbum, ipsius sapientiam, Patri eripiunt. Denique filium sapientiam sæpè vocat Athanas. orat. quinque contra Arrian. Basil. 4. & 5. contra Iunom. Nyssen. de Trinit. & adventu Domini contra Iudeos, Epiphani. Ancorato post init. & hæres. 69. longè ab init. atque hæresi 76. Cyrill. 1. Theaur. cap. 7. circa fin. & cap. 8. & 9. Euseb. Cæsariens. 4. demonstrat. Euang. cap. 2. & lib. 5. cap. 1. init. Ratio similitudinis, & affinitatis est quia per intellectum & sapientiam personaliter procedit: quare suo modo eius obiecta repræsentat, ac nomine sapientie ea proprietate procedendi insinuat. Ratio verò remotiois, & recessus: quia filij nomen juvenile, & puerile aliud, minusque expertum, & parum sonat iuxta illud sap. 22. *Stultitia colligata est in pueri.* Tùm ætatis defectu, tum ardore ad malum. Ne igitur filius minus sapiens Patre reputetur sapientia, ac sapiens appropriatè dicitur, & qui iuxta Proverb. 15. *Filius sapiens lætificat Patrem*, ut de se testatur proverb. 8. iuxta 70. *Ego eram, cui adgaudebat.* Cavendum autem est Recentiorum delirium apud Ruiz. dict. 58. sect. 5. afferentium sapientiam, siue scientiam formalem non appropriatam, sed proprietatem esse Verbi: in quo Abailardi memoratum errorem imitantur.

3. Spiritui sancto bonitas, seu benignitas appropriatur psalm. 50. *ubi sanctus, & rectus dicitur.* sap. 1. & 7. *ubi benignus locisque omnibus Scripturæ, & Patrum, quibus probauimus sanctum specialiter dici* quæst. 4. cert. 1. n. 6. Ratio autem est: quia Spiritus S. per amorem honestissimum procedit, qui totius nostre sanctitatis, ac remissionis peccatorum, bonorumque omnium nobis principium est. Adde rationes omnes quibus q. 4. cert. 2. & 3. Spiritum sanctum personaliter donum, & amorem esse probabamus. Atque hæc quidem rationes via similitudinis, affinitatis, seu accessus procedunt. Via autem remotiois, & recessus alie rationes adijunt. Cum enim malitia creaturis per voluntatem obrepit, ut à Spiritu sancto qui per voluntatem procedit, malitiæ omnis suspicio prorsus remoueat, bonitas merito tribuenda est. Secundò: cum spiritus nomen, quandoque superbos, atque iracundos animi motus significet, ne eo sensu Spiritum tertiam personam dici ignarus, vel verus hæreticus velit, bonitatis appropriatione præcauetur. Porò in horum trium appropriatione præter recitatos Patres conueniunt Ricard. Victor. 6. de Trinit. cap. 15. Hugo Victor. tract. 1. sum. cap. 10. circa med. Magist. in 1. dict. 34. cap. *id ergo*, & sequenti, ac dict. 38. locis citatis. S. Bonau. dub. 7. & art. 1. q. 3. corp. Ricard. Medailla art. 2. q. 2. corp. Henric. 2. p. summ. art. 72. quæst. 4. corp. Alex. 1. p. q. 67. memb. 3. art.

1. Albert. q. 48. sub init. & quæst. 50. memb. 1. S. Thom. quæst. 39. art. 8. ubi Caiet. Canar. atque interpretes reliqui.

4. Hæc autem eadem attributa communia secundum considerationes alias aliis personis appropriantur, ut *Potentia* filio 1. cor. 1. ubi de Christo filio *Dei virtutem esse dicitur.* Thaumaturg. datis verbis: *Vnus est Pater verbi, &c.* addit. *Potentia, & figura eterna.* Athanas. sæpè orat. in id. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* fin. orat. contr. Gregal. Sabel. vers. med. epist. de decretis Nicæn. Synodi ferè med. orat. 3. contr. Arrian. post med. orat. 4. vers. fin. ait: *lux & potentia Patris est.* Quod etiam pacto nominatur à Cyril. Alex. 1. Theol. cap. 9. med. lib. 2. longè à med. cap. 1. init. lib. 5. cap. 3. lib. 12. cap. 5. & 6. 4. Dialogor. de Trinit. post med. Nyssen. lib. de forma perfecti Christiani col. 4. & 5. Naz. orat. 35. longè à med. carm. arcano 4. post med. Basil. 2. contra Iunom. circa med. *Dei virtutem filium vocat*, & lib. 5. vers. med. *ut mens verbi Pater, ut potentia potentis.* Damasc. 1. de fide cap. 13. fine: *Quæ congruunt verbo, virtutis effectus &c. ea filio tribuenda sunt.* Consonat Cyril. Hierotol. Catech. 4. cap. 3. Hilar. 7. de Trinit. longè à med. ac 12. col. antepenult. *Verbum tuum, & sapientia, virtus est.* Ambros. lib. 1. de fide ad Gratian. cap. 2. & lib. 5. cap. 1. med. ac sæpius quinque illis libris & de diuinis filij cap. 2. à med. ac in symbol. Apostolor. cap. 2. 3. 5. & 12. Denique Concil. Nicæn. lib. 2. circa med. §. *quomodo.* Ratio similitudinis, & affinitatis assignatur ab Ambros. 2. de Spiritu S. cap. 1. & 2. quia filius per primum exercitium potentie notionalis procedit estque Verbum, seu imperium efficax ad omnia facienda. Ratio verò remotiois, & recessus: quia cum filius solam passiuam productionem sonet, ut indigens, atque impotens iudicetur ab imperitis periculum est, quod potenti appropriatione præoccupatur.

5. Denique Spiritui etiam sancto secundum considerationem aliam potentia appropriatur, & virtus Lucæ 1. *Spiritus altissimi obumbrabit tibi*: iuxta Euthym. & Luc. 24. *Quoadhuc induamini virtute ex alto.* id est Spiritu sancto adueniente Lucæ item 4. *Regressus est Iesus virtute Spiritus in Galileam.* actorum 10. *Quomodo vnxit cum Deus Spiritu S. & virtute.* Ad Roman. 15. *ut abundetis in spe, & virtute Spiritus S.* quibus similia leguntur 1. cor. 2. num. 4. ad Ephes. 3. n. 6. ad Theosalonic. 1. num. 5. act. 1. *Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti*, siue ut Ambros. legit. 2. de Spiritu sancto cap. 1. & 2. *Superuenientem Spiritum S.* Cyril. 14. Theaur. cap. 1. fine: *Si ergo prodigia, & signa per Paulum Christum operatur in virtute Spiritus sancti, naturalis quædam virtus, & viuens &c. Deitatis filij Spiritus est.* Synod. Alex. epist. ad Nestor. col. 7. quæ extat in Concil. Ephesin. tom. 1. cap. 14. estque decima Cyrilli, sic habet: *Quia potentia, atque sapientie Patris, hoc est filij, Spiritus est: hinc, & ipse quoque re ipsa potentia, & sapientia est.* In quibus ratio per viam similitudinis continetur aliqua. Secunda ratio sic: quia Spiritus S. personaliter est amor, & donum omnium donorum radix, atque principium, quod appositissime potentia diuina, quæ de se ad bene faciendum est, nisi peccata nostra supplicia extorqueant, explicatur. Ratio vero remotiois, & recessus est: quia potentia productiua ad intra, siue fecunditate diuina, solus Spiritus sanctus caret, impotens prorsus habeatur: ut de illo Abailardus, & Arnoldus Brixiensis blasphemarunt.

CERTAMEN III.

Communium attributorum appropriationes alia.

1. **H**llar. 2. de Trinit. sub initium attributorum appropiationem aliam his designat: *Nec deesse quidquam consummationi tante reperietur: intra quam si in Patre, & filio, & Spiritu S. infinitas in aeterno, species in imagine, & usus in munere.* Quam latè persequitur Aug. 6. de Trinit. cap. vlt. licet aeternitatis ad Patrem appropiationem omittat. Ex quo etiam Magist. in 1. d. 31. cap. non est hic. S. Bonau. art. 1. q. 3. Ricard. Mediauilla art. 2. q. 2. Henric. 2. p. art. 7. 2. q. 3. & 4. S. Thom. 1. p. q. 39. art. 8. corp. init. eiusque interpretes. Albert. q. 49. memb. 2. Ruiz. d. 82. sect. 3. n. 1. Ambros. verò in symbol. Apostolor. cap. 1. med. aeternitatis meminit, infinitatem omisit, ac pro usu virtutem posuit sic effatus *Aeternitas est in Patre, species in imagine, virtus in munere.* Harum appropiationum rationes sunt infinitatis ad Patrem, quia primò consequitur ad prodictum essendi à se, quo Patris innascibilitas monstratur: atque eius appropiatione praenitur, ne aliquid generatione amisisse putetur. Aeternitas verò iuxta id 1. ad Thimot. 6. *Qui solus habet immortalitatem,* atque Ecclesia Patrem per filium à se sic orantis; *Omnipotens sempiternus Deus.* Quia aeternitas sine principio est, & grandèuiterem, quorum altero innascibilitatem, altero paternitatem refert. Via verò remotionis, ne generationis praenitur, aut sobole substituta deficiat. Species filio tribuitur, sumpta pro pulchritudine, non pro imagine, quæ proprietatis filij, non autem appropiationem est ab Athanas. orat. 4. contra Arian. longè ab init. serm. contra omnes hæres. longè ab init. à Cyrillo 3. Thef. cap. 1. præcipuè post med. Clemente Alex. 1. Pædag. cap. 7. Hilar. de Synod. col. 6. ad can. 1. oriental. Gregor. Mag. 5. moral. cap. 25. sine attributi verò pulchritudinis perfectio imaginis filij ad yuum, & amicum, Patris explicatur. Tandem Spiritu S. vltus appropiatur prout fruitionem non excludit, sed claudit. Vt enim ait Aug. 10. de Trinit. cap. 11. ante med. *Vti est assumere aliquid in facultatem voluntatis, sicut est cum gaudia vti,* ac 6. de Trinit. cap. 10. med. *Ita dilectio, delectatio, vel beatitudo vltus appellatus est, quæ cum per voluntatem fiant Spiritui S. qui per voluntatem procedit meritò appropiatur.*

2. Aliam attributorum appropiationem attigit Aug. 1. de doct. Christiana cap. 5. sine dicens: *In Patre vnitatis, in filio aequalitatis, in Spiritu S. vnitatis, aequalitatisque concordia & hæc tria vnum. Omnia propter Patrem; aequalitas propter filium, connexa propter Spiritum S.* Eam recipiunt Scholastici vbi proxime Mag. cap. Illud etiam, Albert. membro 2. Ratio vnitatis est quia hæc principium est numeri, sicut Pater Trinitatis. Secundò quia ex eo Trinitas vnius essentia, quia vnicum est illius principium, vt docent Patres dati à nobis d. 2. & à Ruiz. d. 22. sect. 6. & 7. Tertio quia vnus, & primus cum sit Pater, alij personis est vnitatis exemplar. Filio autem appropiatur aequalitas quia solus imago; quæ (vt Aug. ait 6. de Trinit. cap. 10. init. ex quo Ricard. opus. de hac appropiat. ad Bernard. cap. 1.) *si perfectè implet illud, cuius est imago, ipsa coæquatur ei, non illud imaginis suæ,* intellige de se nam imago de se aequalis exemplari nata est; exemplar autem licet aequali imaginis sit, non tamen de se natum est, vt sit æquale. Secundò: quia aequalitas est vnitatis in perfectione cum altero, qui primus constituit dualitatem eandemque habet vnitatem cum altero, sicut filius cum Patre primus habet aequalitatem. Connexio autem, & concordia, quam aptè in Spiritu S. quadret, constat ex dictis q. 3. idem Aug. serm. 11. de verbis Domini circa med. *aeternitatem, veritatem, & bonitatem personis suo ordine appropiat. de aeternitate Patris, ac bonitate Spiritus S. diximus satis. Veritas autem appropiatur filio, sicut reliqua quæ ad intellectionem, qua procedit, spectant,*

vt penetratio, ac discretio secretorum cordis ad Hebr. 4. *Vnius est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipite &c. discretor cogitationum, & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis coram eo. quæ de filio grauissimi Patres intelligunt; quamquam penetrationem, & discretionem hanc Spiritui S. etiam appropiatur Basil. 3. contra lunom. pag. 2. Cyril. 13. Thefau. cap. 1. sub init. Athanas. q. 10. Quid est Deus? Epiphani. hæres. 74. vers. fin. & alij iuxta id, 1. Corint. 2. *Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum sciit, quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est? ita, quæ sunt Dei nemo nouit nisi Spiritus Dei. Ratio alia est: subtilitas qua Spiritus humanus omnia in corpore permeat.**

3. Rursus Aug. inferius addit: *Pater filio origo verax, & filius vera à Patre orta veritas: & Spiritus S. à Patre bono, & filio bono effusa bonitas.* Veracitas est inclinatio ad dicendum verum, quo potentia generatiua in Patre ad verbum aptissimè declaratur. Insuper 1. Corint. vlt. fine: *dicitur gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Spiritus S. immutauit paululum Clemens Roman. 8. constituit. Apostolicar. cap. 16. init. Gratia omnipotentis Dei, charitas Domini nostri Iesu Christi &c. Charitas patris quia Ioann. 3. & ad Ephes. 2. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, filio quia: maiorem charitatem nemo habet, quam, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Quod autem pater Deus appropiatiuè dicitur constat ex his locis, atque ex Ioann. 1. *Verbum erat apud Deum, & 1. cor. 1. Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius. Matth. 16. Tu es Christus filius Dei viui. ac Ioann. 3. Non misit Deus filium suum, & Galat. 4. misit Deus spiritum filij sui. Deus autem filium habens, ac mittens pater est, qui Dei nomine absolutè prolato intelligitur, sicut, & verbis nuper datis ex 2. Corint. ac 1. Corint. 12. *Diuisiones gratiarum sunt idem autem Spiritus diuisiones ministracionum sunt idem autem Dominus, nempe filius, & diuisiones operationum sunt idem vero Deus. id est Pater, vt obseruat Chrysof. 1. 5. orat. 2. de Trinit. & serpente med. & 1. 3. serm. de consubstantiali Trinit. col. 2. Theodoret. 8. epitome diuinor. decret. cap. 3. de Spiritu, S. circa med. Athanas. lib. de communi essentia Patris, Filij, & Spiritus S. circa med. s. de patre. Adde damascen. 1. de fide cap. 10. vbi ait: *Vnus verè Deus est, Deus verbum, & Spiritus, ac tandem Ecclesia Patrem per filium orbem Dei nomine absolutè prolato designat semper: Deus cui proprium est. Omnipotens sempiternus Deus, &c. tum quia Deitatem primariò, seu primò habet; tum quia Deitas formaliter est ens à se, quæ Patris proinde innascibilitatem personam miracè designat.*****

4. Domini verò nomen, licet absolutè commune, filio tamen appropiatur 1. Corint. 12. iuxta citatos Patres vbi proxime & 2. Corint. vlt. fine & à Clemente Romano proxime, & 1. Corint. 8. *Vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia 2. Corint. 1. Benedictus Deus; & Pater Domini nostri Iesu Christi, & or. 1. Et Dominus quidem Iesus. Thamaturg. regula cœlesti fidei: *Vnus Deus Pater, vnus Dominus, solus ex solo, Deus de Deo. & Ecclesia suas ad Patrem preces concludit: *Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.* Ratio est: quia redemptionis iure in nos dominium acquisiuit: quare Domini nomen duplici titulo conuenit filio. Ratio verò remotionis est: quia filius in creatis Dominum non habet, cum totum penes viuos parentes sit. Item quia, quæ homo non ita facillè apparebat, quomodo in omnia creata dominium haberet: quare domini appropiatione cauendum iis erroribus suis. Insuper vitæ nomen, filio etiam appropiatur Ioann. 1. *In ipso erat vita: id est in verbo, & c. 14. Ego sum vita, veritas, & vita. Et ep. 1. init. *Vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem. Ratio est: quia per intellectionem, quæ præstantissima ex genere, atque prima operatio vitalis in diuinis est verbum filium procedit. Item per generationem, quæ naturalissima operatio viuens est, quæ non nisi viuens, de vita producitur. Denique eidem filio lux appropiatur citato cap. 1. Ioann. *Et vita erat lux hominum. Quo circa Dyon. 1. de cœlesti Hier. concl. & rationem his luculenter tradit *Iesus lux est Patris, cuius benignitate nobis ad Patrem aditus patuit.******

CERTA

CERTAMEN IV.

Operationum ad extra communium appropriationes.

Operationes ad extra appropriantur primo. Creatio Patri, reparatio filio, rerumque perfectio Spiritui S. Primam constat ex symbolo Apostolor. Credo in unum Deum...

2 Rerum autem perfectio Spiritui S. appropriatur; tum quia Trinitatis postremus est (sicut rebus postremo loco aduenit perfectio) atque illius est complementum...

3 Nihilominus secundum considerationes alia pleræque ex his operationibus, Patri etiam, ac filio appropriantur; ut iustificatio Patri ad Roman. 8. & ad Ephes. 1. filio autem Ioann. 14. Moyses in Deum. Patri Ioann. 6. consolatio filio ibidem. Illuminatio, & reuelatio eadem...



QVÆSTIO VI.

Metaphoricis Personarum nominibus.

METAPHORICA nomina personarum partim animata partim inanimata sunt: quare primi generis nomina cert. i. secundo vero certamine altero recensuimus.

CERTAMEN I.

Metaphorica Personarum nomina animata.

NON est animus metaphorica omnia personarum nomina inutili æque, atque prolixo labore recensere; sed celebriora solum, & quæ ad mysterij huius explicationem aptiora videbuntur. Patris ergo nomina: Agricola, seminatoris, ac Patris familias. faciem habent...

2 Filij ergo metaphorica nomina sunt: Dextera, manus, & brachium psalm. 117. Dextera Domini fecit virtutem: Dextera Domini exaltauit me. & psalm. 107. Saluum fac dextera tua, psalm. 97. Saluaui sibi dextera eius...

R. P. Christoph. de Ortega, de Deo uno & Trino,



vnigenitum, qui in sinu Patris est, iuxta Athanas. orat. 7. contra Arrian. Ea verò omnia de filio intelligunt Athanas. orat. 3. vers. med. & finem Nicæna synod. lib. 2. §. in libro Iob, & §. sufficitur, Cyrill. Alex. 1. Thefau. cap. 1. longè ab init. lib. 5. cap. 3. longè ab init. cap. 7. longè à med. lib. 13. cap. 2. vers. med. Chrysof. tom. 6. in psalm. 107. ad verba data. Ambr. 3. de Spiritu S. cap. 2. ante med. cap. 3. & 6. Isidor. 7. Etimolog. cap. 2. circa med. qui omnes cum lactantio 4. diuinar. institut. cap. 29. circa med. eius appellatiōnis manus, ac dexteræ rationem reddunt: vt vnitas potentia, & operatiōnis cum Patre in filio denotetur. Quia omnia per ipsum facta sunt. Ioann. 1. & Isai. 66. *Manus mea fecit hæc omnia.* Nicæna Synod. ac Cyril. primo loco sic habent: *Pater veluti per manum in verbo suo operatus est omnia.* Brachium autem citatis locis, & Isai. 53. *Et brachium Domini cui reuelatum est, ac rursus: Domine sublime est brachium tuum, & nescierunt.* non ob rationem dissimilem filius appellatur. Cyril. primo, & vltimo loco sic habet: *Quemadmodum igitur brachium toti corpori naturaliter coaptatur, omniaque facit, quæ menti videntur &c.* atque Isidor. citatus dicit aut brachium, quia ab ipso naturaliter est inuentur.

3 Sed & Spiritus S. manus Dei dicitur à Synod. Nicæna proximè, Ambr. 3. de Spiritu S. cap. 1. post init. vbi ex Ioann. 10. *Nemo potest rapere de manu Patris mei.* & rursus: *non rapiet eas quisquam de manu mea, manum esse Patris, & filij probatur.* Ab Anastas. synaita 1. de rectis fidei dogmat. vers. med. Basil. 5. contra Lunom. post init. ex psalm. 18. 101. & Iob. 10. ac 33. imo à Chrysofom. citato dextera, appellatur à Synodo autem Nicæna §. citato in lib. Iob. brachium dicitur, quæ rara apud Patres sunt. *Digitus* verò nomen elatura Spiritus S. familiarissima apud Patres est, ita Chrysof. citatus, Ambr. 3. de Spiritu S. ante med. & c. 3. ac 6. atque in Apolog. David. col. antepen. & in psalm. 43. ad id: *commotionem capitis in populis & 7. in Luc. ad id: omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur.* Isidor. 7. Etimolog. cap. 3. post med. & de different. Spiritu alibus c. 1. circa med. Hieron. ad locum Matth. 12. recitandum Basil. 5. contra Lunom. sect. 15. Athanas. disp. Nicæna contra Atrium col. penult. orat. 2. contra Arrian. longè à med. orat. in id: *Quicumque dixerit Blasphemiam in Spiritum S.* Cyril. 13. Thefau. cap. 2. longè à princ. Rupert. Ricard. citandis locis, atque Ecclesia tora in hymno de Spiritu S. canit: *Dextera Dei tu digitus.* estque expressum in Euangelio testimonium Luc. 12. n. 20. vbi, quod Matth. 12. p. 28. legitur: *Si ego in spiritu Dei eicio demonia, dicitur: si in digito Dei.* Vnde Patres semper pro digito Dei in scriptura Spiritum S. intelligunt, vt exod. 8. *Digitus Dei est hic & Deuteronom. 9. Tabulas lapideas scripsit digito Dei.*

4 Cur autem Dei digitus Spiritus S. appelletur multiplex Patribus ratio occurrit. Hieron. proximè ait, vt significetur vnitas personarum his verbis: *Manus & brachium Dei filius est, & digitus eius Spiritus S. Nec re scandalicet membrorum in æqualitas, sed edificet corporis vnitas.* Consensit Ambr. 7. in Matth. dicens: *Cum Christus Dei dextera sit, Spiritus autem digitus: specie velut vnus secundum diuinitatem corporis seipem videatur exprimere.* Annuît Basil. & Athanas. proximè Chrysof. hom. 41. in Matth. versus med. Spiritus S. cum Patre consubstantialitatem ex digiti nomine probantes. Addit Cyril. proximè significari processione S. S. à Patre per filium: *Modo enim, ait, quodam ex substantia Dei emanat, & naturaliter independet, sicut ex humana manu digitus brachium enim, & dexteram Dei scriptura vocat, nempe filium.* Cyril. imitatur S. Thom. opusc. 1. contra errores Græcor. cap. 32. §. 31. sine. Ostenditur tertio communitas potentia, & operatiōnis cum Patre, & filio, vti ad verba data Exod. 8. obseruat Athanas. disp. Nicæna citata: *Quibus verbis nihil aliud illi, quam consubstantialitatem Spiritus S. virtutem confitebantur, quam habet cum Deo Patre per hanc vocem digitus Dei. Vocem Domini ausculta, qui vt recte dictum approbauit. Si ergo, inquit, in digito Dei eicio demonia.* Cyril. ad verba proxima immediatè ferè subdit: *Quemadmodum igitur brachium toti corpori coaptatur, omniaque facit, quæ menti videntur, insurgere quoque solet digito: sic filium Dei ex ipso, & in ipso Patre naturaliter esse in-*

telligimus: ex filio autem naturariter, ac essentialiter Spiritum S. sicut ex Patre provenire credimus: per quem filius omnia inuengens sanctificat. Ambr. citatus 7. in Lucam: *Digitus Dei cum dicitur operatoria virtus significatur: quod diuinerum operum, sicut Pater, & filius, ita etiam Spiritus S. operator sit.* Dicit enim David. psalm. 8. *quoniam videbo caelos tuos opera digitorum tuorum.*

5 Hanc rationem altius persequens Aug. ad verba psalm. 8. ep. 119. de ritibus Ecclesiæ cap. 16. init. & med. 2. de Trinit. cap. 14. de Spiritu & lit. cap. 16. q. 25. in exod. & 2. de consensu Euang. cap. 38. ac de catechizandis rudibus cap. 20. digito significari vult Deum per Spiritum S. subtiliora opera exequi vti nos per digitos solemus, vt scribitur Deuteronom. 9. in tabulis lapideis legem, vel toties semper in cordibus nostris. Consentiunt Pseudo August. de essentia diuinit. col. 3. Ambr. psalm. 118. ferm. 15. col. 2. Huc spectat omnem ornatum, ac perfectionem creatorum Spiritu S. tribui, vt dicebamus cert. 4. ac per ipsum exequi Deum. Idcirco Marc. 7. *Mitte digitos suos in auriculas.* Surdi filius, id est Spiritum sanctum, vt organa auditus per Spiritum S. repararet, atque perficeret: vt doctè obseruarunt Hieron. & Beda ibi. atque M. Gregor. hom. 10. in Ezechiel. Quartam significationem his dedit August. lib. 2. quæst. Euangelic. q. 17. *Propter partitionem donorum, quæ in eo dantur, in nullis enim membris nostris magis apparet partitio, quam in digitis.* ac in psalm. 143. *In digitis agnosimus vnitatem, diuisionem operatiōnis, & tamen radicem vnitatis.* Ad ductaque varietate gratiarum per Spiritum S. distributa ex 1. corint. 12. cum Paulo concludit. *Radix est vnitatis diuidens propria vniciquæ prout vult.* Consentiunt Rupert. 1. Exod. cap. 33. Quintam denique significationem dedit Ricard. Viêt. 6. de Trinit. cap. 9. med. in hæc verba: *Digitum sanè protendimus, cum aliquid alicui ad oculum ostendere volumus. Quando igitur Deus alicui interna, & occulta sapientia sua Spiritus sui illustratione reuelat, quid aliud, quam, quod videri vult, digito suo læmonstrat.*

CERTAMEN II.

Metaphorica Personarum nomina inanimata.

1 Hæc ex corpore humano, eiusque membris metaphorice de Personis dicuntur. Ex inanimatis vero alia etiam metaphorica nomina personis accommodantur. Vt Patris fons Trinitatis, de quo diximus supra, atque eo significari ipsum à nullo procedere, reliquasque Personas ab illo profluere, sicut fonti contingit, qui aquæ profluentis principium est, filio verò vni nomen: quia per eius merita, & exempla recta ad Deum tendimus in beatitate possidendam. Item ostium, appellatur quia non nisi eius meritis ad Dei Ecclesiam, & gloriam aditus patet. Item lapis angularis, & Petra: quia eius etiam meritis Ecclesia tora, eiusque fides, & spes solidè fundatur. Lux item hominum, & lux mundi, quia sua gratia, & fide nos illuminat, atque doctrina veritates æternas demonstrat. Viris etiam: cui per fidem, & gratiam adherere debent, quotquot vitæ æternæ fructus producturi sunt. Insuper paries, quæ vetus testamentum, & nouum diuidens se iungebat, quam etiam ob causam velo templi significabatur. Huc spectant etiam nomina sacrificiorum, victimarum, & holocaustorum, reliquarumque figurarum, quibus in veteri Testamento filius Dei incarnatus, comprehensus, & passus pro nobis demonstrabatur: quæ nomina omnia, non nudo filio, sed nostra carne induto, atque homini competunt, nisi per idiomatum communicationem: sicut, & plura alia, quæ prosequi longum esset atque ad Trinitatis explicationem inuile.

2 Spiritus S. appellatur primò mens filij 1. Corint. 2. sine: *Nos autem sensum Christi habemus, id est mentem omnium consensu.* Ad quæ Cyril. 13. Thefau. cap. 2. longè ab init. & cap. 3. sub init. *Mens filij Spiritus est, secundum Paulum.*

Non ergo potest Spiritus alia loqui, quam ille, cuius Spiritus est. Cuius appellationis rationem sic reddit. Nyssen. epist. contra Apollinar. de imagine, & similitud. vers. med. Mens neque caret causa, neque est genita, sed ex processione oritur: unde quaque discurrens, & cuncta despiciens, & inuisibiliter petraçans ad imaginem, & similitudinem sanctissimi, & per processionem orti Spiritus, de quo dictum est. Spiritus omnia sentatur. Secundo appellatur facies ab eodem Cyrillo sic. cap. 2. ex psalm. 138. Quo ibo à Spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam. Sed nomen hoc aptius, atque vtilius est filio. Tercio appellatur complementum, nempe Trinitatis ab eodem 14. Thefaur. fin. & c. 14. post med. à Basil. lib. vnic. de Spiritu S. cap. 18. ante med. Isidor. Pelus. lib. 1. ep. 109. Anaft. Synair. de rectæ fid. dogm. longè à principio. Quarto appellatur Vinculum Trinitatis, ab Epiphano. hæresi 62. med. idem autem est quod communicatio, & communio, ut appellatur, 2. Corint. 13. & Fulgent. q. 4. ad Ferand. Isidor. 7. Etimolog. c. 3. Aug. 6. de Trinit. cap. 5. & 10. circa med. ubi etiam complexum Patris, & filij vocat. Quare Epiphano. hæresi 74. solum negat Spiritum S. esse coniunctionem accidentariam Trinitatis, ut hæretici volebant. Hæresi autem 62. signaculum confessionis Trinitatis. Spiritum S. dixit: quia eius confessione clauditur, ac reuincitur Trinitatis confessio. Scio Naz. orat. 3. ad 150. Episc. sub med. hæc scribere: Vno Pater est: ex quo, & ad quem ea, quæ deinceps sequantur. Personæ procedentes referuntur: non ut confundantur, ac permisceantur, sed ut coherant. Sed solum vult ex eo, quod originariè ab illo procedant, vnus essentia effe cum illo, non autem illum esse vnionem ipsorum.

3 Quinto vocatur sigillum Spiritus S. à Nysseno lib. post de Trinit. ad Eustachium vers. fin. Cyril. 13. Thefaur. cap. 3. col. penult. lib. 14. cap. 4. circa med. Ambr. 1. de Spiritu S. cap. 6. Athanas. epist. longiori ad Serapion. ex illo ad Ephes. 1. Signati estis Spiritu promissionis sancto, & ex 2. Corint. 1. quia gratia dono, tanquam carathere electos sigillat quare diuersa ratione, ac filius sigillum dicitur, quia Patris imago. Sexto appellatur unguentum à Nyssen. ibi Cyril. cap. 3. Ambros. cap. 7. & Athanas. proximè. Vnde & appellatur septimo odor ab eodem ibi, & epist. Admirabile, ad Serapion. longè ab init. ex 2. Corint. 2. Christi bonus odor sumus. & Dialog. 1. de Trinit. vers. med. ex Iob. 27. Dones superest halitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis. atque à Cyril. 11. in Ioann. c. 1. fine, ubi ait esse odorem Christi, & Dei, non vñ alium ab eius substantia; & c. 2. post multa in eandem sententiam hæc habet: Quasi enim odor substantia Dei est vnus, atque actiuus: adeo ad creaturas, quæ Dei sunt transportans, ac participationem eius immittent. Nam si aromatum odor propriam virtutem eorum vestibus relinquit, & transmittit, quodam ad se ipsum modo, ea, quibus adhaerit: quomodo Spiritus S. participes diuinae naturæ non efficiet.

4 Octauo Dei virtus: dicitur ut supra vidimus. Nono Dei qualitas, è cuius gustu percipitur quid Deus ita Cyril. 13. Thefaur. cap. 3. med. lib. 14. c. 1. fine 6. Dialogor. de Trinit. col. 5. ubi hæc: Spiritus S. quasi qualitas sapientis diuinitatis, Decimo aqua dicitur: tum, quia seim explet, ut Christus ad Sa maritanam aiebat: tum quia gratia lauat: tum quia largè diffunditur Isai. 44. & 55. Ezechiel. 36. Ioann. 4. & 7. Vndecimo ignis nuncupatur: primò ob efficaciam inflammandi ad charitatem: secundò ob vim purificandam, & transformandam: tertio propter significacionem acceptandi sacrificium, quæ in igne est, Genes. 15. n. 17. leuit. 9. n. 24. Iudic. 6. n. 21. Reg. 3. cap. 18. ideo actor. 2. Apparuerunt illis dispersis lingue, tanquam ignis. Dum Spiritus S. aduenit in Pentec. Hinc ignem Spirit. S. venit Christus in terrâ mittere, ut de testatur Luc. 12. iuxta Chrysof. hom. 6. in Matth. Hier. Matth. 3. & Ezechiel. 9. Ioelis 2. & Isai. 66. Ambr. in Luc. 12. Aug. serm. 188. de temp. & 185. Prosper. de prædict. p. 1. cap. 34. M. Greg. hom. 30. in Euang. ac lib. 2. 5. & 3. in Ezechiel. Insuper quod Matt. 3. Bapt. dixit: ipse vos baptizabit S. S. & igne. actor. 1. Chrystus dicit: Vos autem baptizamini S. S. Hinc eleganter, & acurè Naz. orat. 49. de fide col. aut ait, ideo Deum Hebr. in col. nubis, & ignis ductas: ut baptisimi gratiam, & donum S. S. per ignem ostenderet. Vnde & Ap. 1. in nube P. baptizatos scribit, & S. sicut ignem esse. Apostolorum acta declarant.

R. P. Christoph. de Ortega, de Deo vno & Trino.



DISPUTATIO XI.

De Diuinis Notionibus.



NOTIO vniuersim notitia, seu cognitio est, iuxta Cicer. 1. de legibus strictius autem est notitia rem vnã ab alia distinguens: teste eodem 4. Academicar. & Boetio ad 3. Topicor. strictissime est notitia personam vnã ab alia eiusdem naturæ discernens, iuxta Cicer. 3. de officiis; Nyssen. orat. Cateche. init. Vnde affinitatis iure ad cuiusque personæ propria nomina significanda notio sumitur apud Aug. 11. de Ciuit. c. 10. sub init. quoniam verò plura cognitionum nomina earum obiectis accommodantur, ut vox conceptus, quæ obiecta etiam concepta significat: notionis nomen ad obiecta notitiæ discernentis vnũ ab alio iam vsus adprauit. Cum autem notio, seu notitia distinguere possit vnũ ab alio non eiusdem naturæ cū illo, iuxta secundam notionis acceptionem, notio pro obiectiua formalitate vsurpata sumitur etiam pro formalitate diuersa eius, quod cum alio natura non conuenit: sic quamuis formalitatem diuinam, qua personæ diuinæ à creaturis differunt notio appellatur à Basil. ep. 43. ad Nyssen. longè à med. à Nyssen. de Trinit. ad Eustachium ante med. & ad Ablab. quod non tres Dij vers. med. Naz. orat. 35. 5. de Theolog. inter med. & finem. Verum in re præsentī strictissime accipitur à Theologis pro formalitate obiectiua, qua personæ naturæ eiusdem se differunt dignoscique vna ab alia possit, tanquam nota, sigillo, caracthere, vel insigni proprio. Vnde constat non posse notionem personæ considerari in quo natura communis inuoluitur, sed in abstracto formaliter, & præcisè, vt rectè adnotat S. Thom. 1. p. q. 32. art. 2. Tria ergo examinanda de sic acceptis notionibus erunt. Primum an sint in diuinis. Secundum an à proprietatibus personalibus differant: Tertium earum notionum numerus.



QVÆSTIO I.

An sint notiones in diuinis.

PRÆmissa notionis acceptione vix quæstioni, & opinionum diuersitatis locus esse videbatur, nisi à consilio, dataque vt aiunt, opera à vero homines aberrarent.

CERTAMEN I.

Dantur notiones in diuinis à Patribus.

PRÆpositius apud S. Thom. citato art. 2. docet ex parte obiecti notiones, siue proprietates personales formaliter à personis ipsis diuersas nusquam esse in diuinis. Cui ad stipulari videntur Mariar. 1. d. 26. q. vnica, Gregor. ibi & d. 27. q. vnica. art. 2. Gabr. d. 28. q. vnica. art. 3. concl. 5. dum asserunt proprietates personarum, & personas solū ex parte modi significandi differre: additque Gabriel in rigore, nec quatuor, nec quinque notiones in Deo esse admittendas. Qua in re ita eum interpretatur Ruijz. d. 46. sect. 2. vt solum negat notiones esse quatuor, vel quinque res in Deo quia, vt vidimus d. 6. q. 1. rei conceptum in diuinis multiplicari negat: atque ex alia parte inter relationes, seu personalitates, & essentiam distinctionem formalem, etiam ex natura rei ante opus intellectus admittit, vt vidimus d. 8. q. 2. cert. 1. n. 2. ac tandem idem Gabr. art. 2. & 3. citato notiones abstractè significatas in Deo concedit. Verum interpretatio hæc minimè placet: nam eo sensu negare deberet tres personales proprietates, seu notiones, sicut quatuor negat: quia in eius sententia, nec

Cc 2 ad